

DANUBIUS PANNONICO- M Y S I C U S,

Observationibus

GEOGRAPHICIS, ASTRONOMICIS,
HYDROGRAPHICIS, HISTORICIS,
PHYSICIS


PERLUSTRATUS

Et in sex Tomos digestus

AB ALOYSIO FERD. COM. MARSILI

Socio Regiarum Societatum Parisiensis, Londinensis, Monspeliensis.

TOMUS QUARTUS.



ПОКЛОН
ЈОЦЕ ВУЈИЋА из Сенте
УНИВЕРСИТЕТ. ВЕЛЈОСТЕЦИ
У БЕЛГРАДУ

HAGÆ COMITUM, Apud P. GOSSE, R. CHR. ALBERTS, P. DE HONDT.
AMSTELODAMI, Apud HERM. UYTWERF & FRANç. CHANGUION.

M. D. C. C. XXVI.

PRÆFATIO

A D

T O M U M I V.



N Ichyographiâ nostrâ Danubiali non ii duntaxat pisces explanantur, qui in aquis Danubialibus pronascuntur, aut earum dulcedine allecti ex Mari, vel aliundè sponte suâ in eas adveniunt; sed & omnes alii, qui ex aliis fluminibus, aut lacibus studio mercatorum pisciorum transportati in Danubio vivere, aut adolescere, vel conservari solent. Quia verò iidem diversis in locis circumvagantur, diversitas locorum diversitatem tractatum suggessit. Indè purè Fluviatiles; Marini Fluviatiles: purè Palustres: Palustres Fluviatiles: Saxatiles: singuli peculiari tractatu declarantur; & quia hi, rursùm cute lævi, vel Squamosâ, vel asperâ, aut pinnis non aculeatis sunt prædicti, juxta diversitatem horum attributorum tractatus in sectiones diversas subdividuntur. Ut autem circà hæc brevitati, & claritati consuleremus, tabulam unam universæ historiæ, & quoque unicuique tractatui suam præposuimus, quarum prima divisionem universalem totius operis, reliquæ verò singulorum tractatum propriam uno quasi intuitu conspicientiam exhibent. Cuivis descriptio ni etiam pisces ad vivum, & naturale depicti effigies adjungitur, & si quandoque pictor ob malè sibi ante oculos locatum piscem, dum illum depingeret, in exprimendâ iconè à naturali aberravit (quod tamen nonnisi in duobus, vel tribus contigit); in descriptione error, qualis sit, detegitur, & corrigitur: iconibus etiam superiùs nomina Latina, inferiùs Germanica, Rascianica, & Ungarica (prout ea indagare licuit) nonnullis omnia, quibusdam eorum aliqua adjiciuntur. Authores pro singulis, qui etiam de illis egerunt, citantur, & ex illis nomina, synonyma allegantur; si verò quosdam apud eos reperire non licuit, ipsis nomina à nobis imponuntur, & impositionis ratio assignatur. Insuper dubia in Authorum Scriptis occurrentia resolvuntur. Ut autem in hoc explendo minùs à veritatis viâ deflesterem, circà quemvis piscem diligentí studio (quantùm tamen pro hoc bellicæ curæ mihi indulseré:) universa itâ recensere conatus sum, prout illa

Tom. IV.

*

mi-

P R A E F A T I O.

mihi autopsia, & sensus præsentarunt, atque sollicita indago ex diversis peritis pis-
catoribus inter se in unum consentientibus declaravit, ac confirmavit. Et quia
Husones inter reliquos Danubiales pisces principatum obtinere videntur, eorum-
dem exta Anatomicâ Sectione nobis perlustrare placuit, quorum ad commodum
tuum, Lector benevole, ad vivum expressas icones cum suis explicationibus in
Tomo sexto, quæ hujuscē operis supplementa complectetur, exhibere minimè
gravabimur.





D E
P I S C I B U S
I N
A Q U I S D A N U B I I
V I V E N T I B U S.

T R A C T A T U S I.

F L U V I A T I L E S

S V N T

| | |
|---|--|
| <i>Intus spinosi,</i> & omnes sanguinei sed cute | <i>Intus subossei,</i> omnes exangues, & exterius crustacei. |
| <i>lævi</i> omnes pinnis non aculeatis | <i>squamosa</i> sed pinnis |
| | <i>aculeatis</i> <i>non aculeatis.</i> |

D E P I S C I B U S

S E C T I O I.

F L U V I A T I L E S

Intus spinosi, & sanguinei cute lœvi.

D E
L A M P E T R A
F L U V I A T I L I.



Ampetra Fluvialis Gesneri, & Rondeletii apud Aldrovandum * Germanis nostris Neunaug Neunaug (quasi eneophthalmus) dicta, corporis figura est oblonga, vermicularis, & teres; Longitudo maxima unius sphithamæ; Crassities crassioris calami anserini scriptorii. Cutis lœvis, lubrica, fusca circa dorsum, circa ventrem infimum albicans.

Caput ferè figuræ conicæ, minus crassum altitudine, quam latitudine superne exili tracheola perforatum; Oculi exigui Branchiis caret, harum vice utrinque lateraliter propè caput quandam seriem septem foraminulis cutem penetrantibus constantem obtinet, licet figura ejusdem in Aldrovando + novem demonstret, verum mihi plures quam septem observare non contigit. Os anteriùs situm in pronâ parte, profundè, & rotundè excavatum, & ut ait Aldrov. non in longum, neque in latum scissum, formatum ut in hirudinibus, quæ sanguisugæ dicuntur: margo oris (seu labra) circularis, fibrofa circum se coarctans, & constringens osculum operit: Denticelli minutissimi, & difficillimè conspicui.

Venter teres est.

Cau-

Cauda ventre prolixior à meatu excretorio lateraliter premitur, & adhuc tenuior versus extremitatem evadit.

Pinnula unica, colorem dorsi servans fibrosa, mollis, flaccida, figuræ sinuosa, hæc à medio dorsi usque ad extremitatem caudæ producitur, circa quam reflectitur, & usque ad meatum excretorium reducitur, sed infernâ parte perangusta est, & difficulter conspicua.

Circumvagatur gloacas in Danubium excurrentes.

Vescitur cœno, & pecorum excrementis, ad quæ abundè confluunt.

Caro mediocriter mollis, lenta, & viscosa.

Pinguedo carni immiscetur.

Tempus certum suæ parturitionis mihi hactenus non indagabile: dum parit, in stigmatibus (quæ in vadofis locis pecora fundo sub aquâ imprimunt) se in gyrum contorquendo ova deponit.

C A P U T I I . D E C O B I T I D E A C U L E A T A .

Cobitis aculeata Aldrovandi * Cobites Oxyrynchos Gesneri. Germanis **Steinbeisser** Steinbeisser, vel **Steinbeis** Steinbeis pisciculus parvus est, oblongiusculus, lateraliter pressus, tenuis; unius digiti cum dimidio, longitudinem maximus non excedens. Cute tegitur lævi, quæ tribus circiter ordinibus nigrarum macularum per longum lineatur, his etiam minima punctula nigra intersperguntur: venter obscurè albet.

Caput longiusculum, tenue; cranium quasi tectiforme, & compressum, pellucidum; Rostrum superius curtim ad os ferè, ut in avibus, incurvatum, ultra inferius non nihil prominens. Oculi exigui, post hos duo minimi hamuli pellucidi, & retis adunci utrinque unus in operculis branchiarum, ut afferit Aldrov. † enascuntur; his lapidibus, lignis, & tangentis manui se affigit.

Tom. IV.

B

Ven-

* Lib. 5. Cap. 34.

† Lib. & Cap. cit.

Venter caudæ secundùm omnes mensuras ferè æqualis , & uti dictum , prefus , & tenuis .

Pinnulæ numero septem , omnes pellucidæ , unum par , quibus natat propè branchias , alterum ad medium ventris habet , unam insuper ad meatum excretorium , quæ in dorso , brevis est , nigris punctulis inspersa , adverso situ pinnis ventris correspondet ; septima caudæ lata eodem modo variatur . (Pictor illam in figurâ bifurcatam ostendit , verùm casualliter dilacerata fuit) nam perfubtilis est .

Degit in recentibus aquis : fundum lapidosum petit .

Vescitur cœno .

Caro dura , & tenax est .

Pinguedo nulla , forsitan parvitatis caufâ , observabilis .

Ovula exilissima , oblicurè albicantia : illis non multùm abundat .

Parit mente Junio inter lapillos , in forti , & vadoso fluento .

C A P U T I I I.

D E

A N G U I L L A.

Anguillam ab anguis similitudine nomen trahere omnes Authores consentunt : Græcè Ἀγκελος , διὰ τὸ ἔχεσθαι ἐν ἡλιῳ , quòd in limo capiatur . Germanicè **Aal** / Aal , vel **Aln** dicta : corpore est oblongo , tereti , versus caudam lateraliter compresso adeò flexili , ut se in gyrum contorqueat ; illa instar anguis extra aquam per gramina serpat , secundùm utriusque lateris medium lineam decurrentem recipit .

Nonnunquam ad quatuor librarum pondus , Longitudinem duorum bracchiorum , & Crassitatem bracchii viri Athletici adolescit . Cute investitur lubricâ , lævi , humore viscofo oblitâ , facilè detrahibili , hæc circa dorsum cæruleo-fusca , lateraliter in cæruleum vergit , in alvo albicat .

Caput oblongum à principio lato , & crasso in acuminatum gracilescit , fermè conicæ figuræ opercula branchiarum aliquantum protuberant . Maxilla superior inferiore nonnihil productior . Os mediocre , denticuli asperi , exiles . Oculi parvi , Iride alba circumdati . Nares juxta oculos rotundæ .

Pinnas tres obtinet , duas ad branchias fortitur , & unam mollem ac flaccidam , quæ ab ano ad extremum caudæ (quod ambit) , & ab illo rursus ad medium dorfi continuatur , omnes fulcæ sunt.

Aquis altis cœnoscis , & quietis gaudet ; fundum semper petit.

Willughbejus * Anguillam in Danubio impositam emori affirmat , inquiens . *In Danubio Anguilla non est , neque in aliis hoc flumen influentibus , impositam emori ajunt :* Verùm contrarium testabitur Vienna , Lincium , Cremsum , aliaeque urbes Danubio adjacentes . Quamvis enim , quantum hucusque indagare licuit , in Danubio non oriantur , attamen ex aliis fluminibus in eundem inventæ non emoriuntur , imo inter alios etiam , qui in Danubio nascuntur longissimo tempore piscariis claustris inclusæ conservari possunt ; atque dum incautè pertrectantibus evadunt , ut per læpe accidit , nam vix satis cautè ob lubricitatem tractari possunt) & in liberum flumen insiliunt ad supra memoratam magnitudinem adolescunt .

Vescuntur pisciculis , herbis , cœno : claustris conservatæ jecinoribus bovinis cibantur .

Caro albida , copiosè pinguis , viscosa , lenta , suavis saporis , inter deliciores apponitur .

Quomodo generentur ex propriâ observatione nihil adferre licet , cum ut nunc dictum in Danubio non oriantur , sed ex aliis tantum fluminibus delatæ inibi adolescent .

* Lib. 4 Cap. 4.

Cobitis aculeata.

S. fritschii. Stainbaïs.



Lampetra fluviatilis.

S. cimicifagi. Neinaugel.

Anguilla.



Ahn.

3.

C A P U T I V.
D E
S I L U R O
V E L
G L A N I D E.

Quem Rondeletius, & Gesnerus Silurum, hunc Aldrov. * Secundum Gre-
cum Aristotelis *trans* Glanidem denominat, Germani eum **Schaiden**
Schaiden, Rasciani COMB Somb, Ungari Ifardseha appellant (*Tab. II.*). In ingentem
corporis molem ex crescit, adeò, ut interdum ad ducentas libras (libra sexdecim
unciarum est) longitudinem unius, & mediae orgiae, & amplitudinem ventris duo-
rum corpulentorum virorum accedat. Oblongus, capitosus, & ventricosus est.
Cute lœvi, lubricâ, & glabrâ investitur, in quibusdam obscurius fusca est; in aliis
ex fusco in luteum vergit; in multis ex fusco in virentem, in omnibus autem
areolis, & lituris suo altero colore albidiорibus variatur, & infimo ventre albicat.

Caput ei inter omnes pisces Danubiales maximum; cranium latum, amplum,
ferè planum in exortu suo angustius, & crassius, versus os latius & tenuius; re-
liqua corporis moles est contractior: in capitibus anteriore parte, haud exten-
sa, sed retusa omni rostro carente; os tanquam in promptu positum, maximum,
& patulum; inferior maxilla ultra superiore aliquantulum prominet, utraque
parvolorum, fortium, & acutissimorum denticulorum ordinibus multis armatur:
Rictus oris in ambitu suo tertiam partem longitudinis æquat. Oculi parvi altiore
loco siti: supra oris angulum exoriuntur ex crano duo longi Processus, subtile,
styliformes, qui asperi, & rigidi in exorta magis, magisque desinendo cartilagi-
nescunt, gracilescunt, & flexiles evadunt, hi cute communi obducuntur, illos
antè exporrigit, & retio reflectit: quatuor alii parvi, albi, carnosí, flaccidi infe-
riùs ex mento, seu gulâ dependent.

Venter brevis, amplius lateraliter, & infernè protuberans. Dorsum latius cir-
ca caput versus caudam angustatur.

Tom. IV.

D

Can-

* Lib. 5. cap. 5.

Cauda prolixa superna superficie æquali, & rectâ linea à dorso procedit, infernè ab infimo ventre latior versus extremitatem acclivis in angustum definit.

Sex potitur pinnis ejusdem coloris cum reliquo corpore: duæ ad branchias, duæ circa finem infimi ventris situantur, hæque figurantur ut in Cyprino. Naso, Capitonibus una parva ex principio dorsi provenit, sexta angusta, mollis, flaccida toti acclivitati, & extremo caudæ continua. Utrum tota hæc caudæ continua sit dubitat Aldrov. in ejus descriptione; ego illam in omnibus omnino, quos profectò plurimos, & tanquam valde vulgares accuratè observare potui, semper eidem continuam reperi.

Amat quietiora, & profunda fluenta, fundum argillosum, & limosum.

Vorax est, in pisces reliquos degrassatur.

Caro alba, mollis, succosa, sinè spinis effet, si in dorso unica per totam corporis longitudinem continua non adefset.

Multum pinguedinis tum carni intermiscetur, tum intestinis adnascitur. Cauda pinguissima est, ferè uti Anguilla sapit, ea tamen minus viscosa est, undè præstantissima pars præ reliquis, præsertim affa habetur. Rhatianis Græci ritus in usu est hunc Piscem aëri exponere, atque ita exsiccare, & pinguioribus partibus uti ad instar fardi, ut quid sariant legumina, & caules; in Tibisco autem ad naufragia usque sunt pingues.

Ova luteo-albicantia, pauca, mollia, parva. Ventriculus uti ferè in quadrupedibus solidæ, fortis, & venis refertæ structuræ.

Parit mense Junio propè argillofas, & limosas ripas.

Comq. Somb.

Silurus.
Schäiden



S E C T I O I I.

F L U V I A T I L E S

Intus spinosi, & sanguinei cute squamosa.

C A P U T I.

D E

N A S O.

NAJUS Aldrov. * dicitur Gesnero notante eodem à Græco Σίμος Simus, quia labrum, seu rostrum superius simum obtusumque habet. Aliis Naso; Germanis Nase Nase, vel Ösling Esling, juvenis verò mediæ circiter libræ Weißfisch (id est Alburnus) appellatur (*Tab. III. Fig. 1.*); Cyprino in eodem pondere proportionato oblongior, atque tenuior: vix tamen gravior sit pondere duarum librarum, & mediæ. Dorsum subteres; latera plana, & pressa; squamæ subtile, in dorso, ex livido cinereæ, versus ventrem splendidæ, & in album vergentes. Rostrum superius inferiore longius, anterius crassum obtusum infra reflexum. Os deorsum vergit, dentibus Caret, labris obscurè albentibus cingitur.

Pinnæ coloris cinericii in senioribus, in junioribus rubentes, septem numerantur: duæ ad branchias, geminæ ad medium imi ventris situantur quinta elatior ex mediâ longitudine dorfi pronascitur, sexta est ad meatum excretorium, & septima caudæ bifurcata.

Innatat semper fluvialibus aquis, quietioribus tamen, præterquam tempore parturitionis, ubi contra velox fluentum nititur.

Tom. IV.

E

Ali-

* Lib. 5. de pisc. cap. 26.

Alitur sordibus, muco, cœno, ut rectè ex Gesn., & Bellonio notat Willughbejus. *

Caro alba, laxa, parùm sapida spinulis referta: vilis pretii piscis est. Undè inter Schneider-fisch, id est, pisces fartorum collocatur: nominantur autem taliter hīc locorum pisces viliores, eò quod à fartneribus, & futoribus, aliisque levioris conditionis hominibus pro suis laboratoribus emi confueverunt.

Pinguedo plurima in intestinis observatur.

Ova lutea nigerrimâ membranâ uti & totius ventris interna capacitas, obducuntur.

Parturit Aprili: ova in forti glareolo, & vadofo fluento inter lapillos deponit.

Masculus tempore generationis multis nigris maculis per totum corpus, imo, & pinnis notatur, paucis quoque albicantibus punctis paululum supra cutem eminentibus. Maculæ, & excrescentiae hujusmodi à piscatoribus flores dicuntur.


Fæmina (*Tab. III. Fig. 2.*) masculo albidior est, neque subit mutationes tempore parturitionis.

* Lib. 4. cap. 9.

Nasus Mas.
Ossing.



2.



Nasus Toemina.
Ossing.

C A P U T I I.

D E

C A P I T O N E
A U S O N I I.

Capito Ausonii, sive Squalus veterum: Capito sive Cephalus Gesn. Rondeletii apud Aldrov. * Germanis Bavaris, ut asserit Alt (Tab IV. Fig. 1.) Alt nuncupatur. Verum enim verò ex descriptionibus Authorum ab eodem Aldrovando allatis inter se summè discrepantibus, vix quidquam certi concludere licet, utrum pisces hic sit Alt Bavarorum? Salvianus enim caput parvum habere ait; Rondeletius magnum, crassum: rursus uterque dentes habere negat. Gesn. verò dentes ejus latere in faucibus asserit, in maxillâ ferè semicirculari supernè leviter aduncos quapropter Alt Bavaris, & in diminutivo Austriacis Altel, Altel dicti neglectis Authorum assertis, prout ipsemet observavi, descriptionem tradam, secundum quam lector benevolus judicare poterit.

Est igitur Alt, vel Altel figura corporis cum Cyprino correspondens, maximus cubitalis circiter, & quinque libris erit. Squamæ paulò minores, ac in Cyprino, in dorso ex Cæruleo-Nigricantes, in quibusdam lutescentes, & limosi coloris, in lateribus argenteæ.

Caput totum, ut in Cyprino configuratum, attamen crassius. Os edentulum. Dorsum latius, & teretus, minus repandum. Latera planiora, per quorum medium secundum longitudinem linea ducta partem inferiorem, & superiorem interfecat.

Cauda figuræ magis cylindricæ est.

Pinnæ in junioribus furvo-luteæ, in senioribus furviores; numero septem; eodem modo situatae, & figuratae, ut in aliis hujus generis, scilicet Naso, Orfo: pinna dorsi dimidio paucioribus radiis constat, quam Cyprini.

Tom. IV.

F

In-

Innatat fluentis.

Vescitur muco, cæno: item subtiliori arenâ.

Caro alba, recens, grata duriuscula.

Plurimum pinguedinis intestinis adnascitur.


Ova parvula, pauciora, quam in Cyprino.

Parturit Mense Maio : ova sua inter filices in velociora, & vadosa fluenta deposit; post partum in segniores aquas se recipit.


E M O T I Q U A

I I M O S U A

Capito.
B. Alt.



Capito Fluvialis, sive Squalus minor.
B. Alt. Hafel



C A P U T I I I .
D E
O R F O
G E R M A N O R V M .

Orfus Germanorum , & Capito Fluviatilis subruber Gesn. apud Aldrovand : * Germanis *Nerfling* Nerfling , item *Frauenfisch* Frauenfisch (*Tab V.*) Ungaris Jakeseke , Rascianis Jass nuncupatus. Corporis conformatiōnem ferē eandem cum Cyprino habet , illo tamen gracilior , & longior est , squamis mediocribus tegitur. Dorsum ex fusco-flavum , & viride est , latera flarent , imus venter albicat.

Pinnæ configuratæ , & situatæ , ut in Cyprino , excepto quod dorsi tot radiis non constet , quot in illo pinna dorsi , & ad branchias sitæ ex furvo quodammodo purpurascent , reliquæ magis ex flavo rutilescunt.

Amat fluenta , & recentiores aquas.

Alitur Muco , Herbis ; Aldrov. eum muscis vesci afferit.

Caro alba , friabilis , sicca , grati saporis.


Minus pingueſcit Cyprino.

Ova parva , flavicantia , & pauca.

Generat Aprili , & Maío , his mensibus masculus prominentias duras albas , internè cavas , figuratas , uti sunt aculei in rosarum vepretibus ex cute , & squamis excrescentes nanciscitur , sed quæ in capite minores , minus aculeatæ , & coronatim dispositæ perfecto coitu omnes deperduntur.

* Lib. 5. de pīc,

Orfus Germanorum.
Rerfling. Nerfling. Йорбижъ Јаff. Jakseke.



C A P U T I V .

C A P I T O

F L U V I A T I L I S

S I V E

S Q U A L U S M I N O R .

Capito fluviatilis, sive Squalus minor Aldrov. * Mugilis, vel Cephalis fluvialis species minor Gesn. apud Willughbejum + Germanis Hafel Hafel (*Tab. IV. Fig. 2.*) Piliculus est oblongus, subteres, gracilis: longitudinem spithamæ vix unquam apud nos excedens. Figura corporis Capitoni, praecedenti capite descripto persimilis, eo tamen oblongior, & gracilior est: si utrumque in pari pondere consideres: dentibus quoque caret, uti ille. Squamis majusculis tegitur, quæ in dorso furvæ, & quasi viridi, & cæruleo colore colludentes, in lateribus argenteæ. Linea per medium laterum exorrecta inferiori ventri quam dorso propinquiior.

Pinnulæ omnes, si extendantur, pellucent, numero septem; figurantur, & situantur ut in Alt nostro. Quatuor natat, harum priores ad branchias sitæ, dum concidunt ad furvum vergunt, reliquæ duæ posteriores magis ad flavum, vel ex flavo in rutilum inclinant, caudæ forcipata, uti & dorsi glaucum colorem nanciscuntur. Quæ dorsi, afferente Willughbejo, novem radios obtinet.

Vescitur muco, cœno, herbis, culicibus.

Carne est alba, grata duriuscula, recenti, ejus salubritate cum faxatilibus contendit.

Parum pinguedinis habet, hæcque solùm intestinis adnascitur.

Ova lutea, parvula, & pauca.


Parit Mense Aprili. Ova sua ejicit in velocibus, & vadofis aquis inter lapides; his ejectis loca quietiora petit.

Tom. IV.

H

CA-

Capito *Anadromus*.
Nassen.



C A P U T V.
D E
C A P I T O N E
A N A D R O M O.

Capito anadromus Gesn. apud Aldrov. * nonnullis Austriacis nostris piscatoribus, & quidem magis propriè **Nasen** Nasen (*Tab. VI.*), aliis impropriè **Rheinanck** Rheinanck dicitur, nam Rheinanck piscis lacustris est, & parte dorsali duas pinnas obtinet, Capito anadromus verò solùm unam: neque ille ultra mediam horam Danubio impositus supervivit, uti testantur, qui cum eo infumato Viennam navigant, dum perhæpè diversis anni temporibus illum vivum in Danubio illinc transportare tentaverant: undè si nomine Rheinancken piscem Danubialem indigitari perceperis, id de Capitone anadromo Gesn. intelliges. Cognominatur anadromus Gesnero eò, quia illum ex Oceano in Albim ascendere observat, Albis accolæ, ut idem Gesnerus afferit ob eandem rationem eum **Heer Nase** Meer Nase dicunt.

Corporis figura Naso persimilis est, ut rectè notat Aldrov. eo tamen paululum latior, & dorso est repandiore. Longitudine vix ad cubitum accedit. Latitudine ad septem, vel octo digitos, pondere ad unam, & medium libram. Squamis mediocribus tegitur, quæ circa dorsum ex fusco in lividum vergunt: circa ventrem albiores aureo, & argenteo colore collidunt fuscis punctulis insperguntur. Linea quæ utrinque à branchiis ad caudam tendit, ventri, quam dorso propinguor, in hac quoque puncta majora fusti coloris digeruntur. Squamulis suis in aquâ limpida nutans pulchrè tanquam stellulis corruscat.

Caput ferè Nasi simile. Oculi pulchri, magni, Iride argenteâ circumdati. Nares magnæ, ori propinguæ. Os edentulum anterius ut in Cyprino situatum; Rostro superiori carnea quædam parva, prominens moles supersternitur; quæ illud obtusum, nasutum, & rostro canino acuto quodammodo conforme reddit, sed imperforata est. Unde Willughbejus ansam dubitandi nactus, utrum reverâ

Tom. IV.

I

à Na-

* Lib. 4. de pisc. cap. 2.

à Naso Alberti differat, aut præter hunc alius nasutus, vel anadromus existat? inquiens, *Ego sanè ægrè à me impetro, ut credam dari ullum hujus generis piscem anadromum.*

Pinnæ septem figura, & situ cum illis Nasi conveniunt; ex rutilo, & cœruleo fulvæ sunt, magis rutilæ illæ, quæ in parte supinâ.

Fluvii amat aquas.

Observatur apud nos vesci muco, & cœno. Willughbejus lib., & cap. supra citato asserit eum alimentari omne genus pisciculis, præsertim, qui nullis spinis, & aculeis rigeant, item muscis, atque aliis insectis.

Caro alba, delicata, grati saporis tam affa, quam elixa.

Pinguedinem paucam obtinet, hæcque intestinis adnascitur.

Ova luteo-rubentia, minora semine millii.

Junio dum parturit in velocibus, & vadosis fluentis fortiter contranititur; ova inter lapides deponit; transacto generationis, & parturitionis tempore; se in stagna, & limosa loca recipit.

C A P U T V I.

D E

B A R B O.

BArbus Rondel. Gesn. apud Aldrovandum * Myctus fluviatiles Bellonii apud eundem, Germanis Bärn Barmb Bärbel Barbel (*Tab. VII. Fig. 1.*) communius Parmb Parmb. Ungaris Merenne. Rascianis Marniza Marna, Corpore oblongus est, & subrotundus. Squamæ mediocres in dorso lucidæ, fuscae, nonnihil in cœruleum vergentes, in aliquibus in luteum; versus alvum albescunt. Longitudine ad duos cubitos, & pondere ad quindecim libras accedere solet.

Caput longiusculum, crassum, & acutum.

Oculi parvi, Iridis argenteæ. Rostrum superius inter oculos, & labrum carnosum, & molle, inferiore longius procurrit. Os in acumine rostrorum pronâ parte situatur, edentulum est. Labra crassiuscula: ex superioris nostri extremo duæ appendices carnosæ, subrubræ, flaccidæ, in acutum gracilescentes, aliæ duæ ejusdem generis propè oris angulos propendent.

Dor-

* Lib. 5. cap. 16.

Dorsum acutum, modicè arcuatum. Latera protuberantia: Venter infimus ferè planus. Linea per latera utrinque ducta non multùm conspicua.

Cauda subteres, bifurcatâ pinnâ terminatur.

Pinnæ numero septem, eundem ferè fuscum colorem cum squamis servant, figurantur, & situantur, ut in aliis hujus generis e. g. Capitonibus, Naso excepto, quod longiores sint, quæ dorsi, & ad meatum excretorium singulæ afferente Willughbejo * novem radiis donantur.

Gaudet fluentibus aquis: crescente die contra fluentum nititur.

Alimentum ei cœnum, & mucus: Aldrov. † eum algis, cochleis, & piscibus vesci afferit, neque suo generi parcere: appetit vehementer cadavera putrida, præsertim humana, quod observatum fuit, ubi post obsidium Viennense Anno M. DC. LXXXIII. cadavera quām plurimorum Turcarum in Danubium injicerentur unā cum diversorum animalium cadaveribus: plurimi circa humana capiebantur, imo ex cavitatibus eorumdem extrahebantur: paucissimi verò, ac fermè nulli circa alia.

Caro alba, mollis; ob suum alimentum à nostratis infalubris existimatur, imò Junio, & Julio non comeditur, quia his mensibus (quamvis etiam aliis, attamen rariū) variis folidis tuberibus scatet, & sanguinis fluxum patitur, quod multis occasionem fingendi præbuit (ut rectè adnotat Willughbejus.) § eos menstrua purgatione infestari.

Pinguedinem copiosam sortitur, si multum cœnum, & cadavera inveniat.

Ova ad apparentiam, ut in Cyprino; nunquam coquuntur, sed tanquam infalubria, & alvi cruciatus excitantia abiciuntur.

Parit mense Julio; ova inter silices in velocissimis, & vadofis aquis fortissimè contranitendo deponit.

* Lib. 4. cap. 15.

† Lib. 5. de pisc. cap. 16.

§ Lib. & cap. supra cit.

C A P U T V I I . D E

C A P I T O N E

Fluviaſili rapace.

Capito fluviaſili rapax Gesn. apud Aldrovandum * Germanis Austriacis Schied Schied (*Tab. VII. Fig. 2.*) Piscis candidus eſt, & argentei ſplendoris; in dorſo ſubcæruleus, longus, & crassus. Latera preſſa, & plana. Longitudo (ut recte ex Kentmano refert Aldrov.) ad latitudinem quintupla; ea autem non nunquam eſt ad unum, & medium circiter cubitum; Pondus ad circiter decem libras. Caput crassum ſecundūm latera preſſum, ſed lateraliter unā cum mandibulis ſpectatum figuram ovi refert, verſus os quaſi conicum. Os ad extremitates roſtrorum ſituatum nonnihil in latera oblongum. Maxilla inferior ultra ſuperiorem procurrit. Dentes mihi nulli erant conſpicui Aldrov. inquit. *Dentes ei non in ore, ſed in fauibus ſunt (ut aliis quoque hujus generis) longiusculi ſep- ni, utrinque ex mandibulis prognati.* Oculi mediocres, illorum Irides argenteæ.

Dorſum cum caudâ ſuperficiali linea rectâ æquale, ſubrotundum. Venter lateraliter planus. Lineæ per latera utrimque plures.

Cauda ſubteres, longiuscula, ex carina ventris ſecundūm inferiorem ſui partem altius provenit, quam in aliis ejusdem generis.

Pinnæ numero septem: colore fuſco-puniceæ, ſeu ex fuſco in lividum, & ru- beum ſimul mixtum vergentes; figuratæ, & ſituatæ, ut in aliis id generis, ex- cepto, quod caudæ forcipata magis longiuscula.

Inhabitat fluentum quietius.

Rapax eſt, pifciculos venatur, undè Germanis Albi accolis ex Gesn. referente Aldrovando **Rappe** Rappe (id eſt **Corvus**) quaſi **Corvus vorax** nuncupatur.

Caro alba, laudata, boni ſaporis; attamen spinulis referta.

Pinguedinem copiosam fortitur, præfertim post partum.


Ova uti Cyprini.

Parit Mense Martio, & in fluento, vadoſo, ac glareoſo, contra nitendo ova relinquit.

Barbus.
Magdñya. Marniza.
Särn. Parmb.



Capito Fluvialis rapax.
Schiedt.



TAB. 7.

C A P U T V I I I .

D E

S A R A C H I

C O N G E N E R E .

SArachus Aldrov. * descriptus plurimis notis, & ferè omnibus cum nostro **Sichling** Sichling (*Tab. VIII.*) convenire videtur; utrum autem reverè idem sit, difficile licet concludere, eò, quod illum purè lacustrem, & lineam ei ferratam sub ventre ad anum desinentem statuat, quæ in nostro non inveniuntur. Si quidem in fluviis, tum in Danubio, tum in Tibisco degit: ventre infimo acuto est, absque ferrata linea. Verùm hac super re Lector benevolus judicabit ex descriptione nostrâ, quæ juxta solam autopsiam directa, quamvis enim Sarachus ipse non sit, attamen in plurimis eidem congener. Rascianis, & Ungaris Sablar nuncupatur.

Est itaque piscis hic figurâ corporis tenuis Haleci simillimus, eo tamen plus excrescit: quandoque enim latitudinem octo vel novem digitorum, longitudinem (si pinnam caudæ adjunxeris) duarum, & mediæ spithamæ, pondus unius, & mediæ libræ sortitur. Cutis per squamas diaphanas in dorso circâ cervicem atrè-cæruleè, ulterius fuscè, in lateribus argenteè transparet. Squamæ latæ, tenues: eas levi contractu facillimè deperdit.

Caput parvum lateraliter pressum, tenue; infernè circâ guttur acutum circâ cervicem teres. Oris riëtus grandiusculus, os edentulum, inferior maxilla sursum à gutture acclivis ultrà superiore nonnihil prominet; superior in modum falcis messoriæ curvatur, ita ut curvitas deorsum spectet; undè ob similitudinem rostri cum falce messoria, quæ nobis Germanicè **Sichel** Sichel, nomen suum Sichling sortitur. Oculis maximis inter omnes Danubiales sibi magnitudine pares pollet ejus pupilla nigra, irides verò albæ, & argenteæ. Nares ampliusculæ, altiori loco adeò prope extremitates rostri sitæ, ut vix crassities calami anserini scrip-

Tom. IV.

L

torii

torii inter has, & summitates rostri sufficiens spatium haberet. Branchiae utrinque quatuor.

Dorsum subteres, & fermè cum caudâ in rectâ lineâ æquale; imus venter acutus ut culter, à gulâ declivis, dein rectâ lineâ ad anum procedit.

Cauda ab ano ad suam pinnam acliavis, supernè rectâ lineâ à dorso precedit.

Pinnis gaudet septem: quatuor natat, quarum anteriores ad branchias sitæ cine riceæ, longiores posterioribus: reliquæ duæ ad medium ventris, uti & omnes alia ex rubro, & cœruleo permixtum colorem obtinent. Una modicè post mediata tem dorsi pronascitur; alia ad anum. Cauda bifurcata est, & in modum penicilli discissa.

Circumvagatur circa littora limosa.


Limo eum vesci credunt pescatores.

Caro alba, mollis, limum resipiens, innumeris spinulis referta; raro com meditur, nisi à pauperrimis, & eum non noscentibus.

Pinguedine ferè destituitur, quæ tamen pauca ad intestina adnata reperitur.

Ova ferè ut in Lucio, his paucis referri solet.

Parit Mensis Majo. Ova in forti fluento ad littora, & prærupta limosa ejicit.



Sarachi congener.
Sichling.
Sichting.
Sáblar.

C A P U T I X.

D E

G O B I O.

F L U V I A T I L I.

Gobius fluviatilis Geſn. Rondel. Aldrovando * Germanis *Gressling* Gressling (*Tab IX. Fig. 2.*) Oblongiusculus, subteres eſt, vix unquam proportionem à figurā demonstratam excedit. Squamæ pellucidæ, in quibusdam magis, in aliis minùs ad fuscum vergentes, extrema illarum peripheria nigra: circa ventrem magis argenteæ; infimus venter albescit; nigricantes quoque maculæ per totum corpus diſeminantur.

Caput pro ratione corporis magnum. Cranium latiusculum concavè depreſsum. Maxilla superior ultra inferiorem nonnihil prominens. Osculum edentulum (dum aperitur) rotundum & ut Aldrov. + ex Geſnero afferit, velut ex præputio fe exerens deorsum nutat; ad utrumque oris angulum cirro uno barbatum. Oculi altè locati, eorum Irides albæ.

Dorsum, & Venter eum subrotundum efficiunt. Totum corpus fervando figuram rotundam in caudam gracileſcit.

Pinnulæ numero septem, omnes pellucidæ, ſuffuſcæ: duæ ad branchias, geminæ ad medium ventris ſituatæ; quinta ad anum pronafſcitur. Hæ omnes reliquis duabus, ſcilicet caudæ, & dorsi magis rutileſcunt. Cauda bifurcata eſt, quæ dorsi circa mediam ejusdem longitudinem provenit. Observante Willugh. § radiis novem firmatur. Ambæ hæ ultimæ punctulis nigricantibus insperguntur. Gobii paſſim fluentum inhabitant.

Aluntur cæno, cadaveribus putrefientibus, præfertim vero humana appetunt. Nam cùm belli tempore diversa animalia, & simul Turcæ imperfecti in Danubium injicerentur; plurimi prope Turcarum Cadavera, paucissimi prope aliorum animalium capiebantur.

Caro mollis, humida, & lubrica, pauci apud nos æſtimata, quod idem ex Ron-
Tom. IV. M deletio

deletio affirmat Aldrov. * & insuper addit virus non nunquam resipere, fallique Medicos eos, qui Gobiones fluviatiles ægris apponi volunt, credentes his eam inesse succi bonitatem, quam Galenus in marinis commendat. Irixus præfertur.

Pinguisculi fiunt, præcipue si multa cadavera pro alimento nanciscantur.

Ova minuta, pallide flavescentia.

Parit tempore Maii in vadofo, & veloci fluento: ova inter silices deponit.

* Lib. & cap. supra cit.

C A P U T X.

DE COBITIDE FLUVIATILI.

COBITIS Fluviatilis Rondeletii Gesneri in Aldrovando, & in Willughbejo + Germanis Pfriellen Pfrillen (*Tab. IX. Fig. 1.*) dicitur: Gesnerus in suo nomenclatore aquatilium de pisc. saxatilibus part. 2. eum præter Pfrillen, & Pfellen Pfellen quoque nuncupari afferit.

Dubitat Willughbejus ibidem, utrum pescis hic à superioribus secundū suum scilicet ordinem, id est à *Gobio* fluviatili minore, à *Cobitide* fluviatili barbatulâ, à *Cobitide* barbatulâ aculeatâ, à *Tæniâ* cornutâ Schonfeldii differat? quoniam id ex nimium compendiosâ, & obscurâ descriptione Gesneri, & Rondeletii (ut ipse ait) vix sciri potest. Verùm enim verò à *Gobio* fluviatili minore discrepat principaliter, quòd illo adhuc minor existat, neque superiore maxillam adeò productam obtineat, ut os deorsum nutet, cum illud quasi in promptu, uti Capitones positum habeat: à *Cobitide* fluviatili barbatulâ, uti & *Cobitide* fluviatili aculeatâ per squamas, nam ambæ hæ cute glabrâ investiuntur; à *Tæniâ* cornutâ Schonfeldii per corporis figuram, quam hæc latam, compressam, tenuem, & transparentem. Illa verò crassiusculam, & subteretem sortitur: recensitis signis, quibus ab aliis differt, supereft ut ejus descriptionem tradamus.

Pisciculus igitur iste oblongiusculus, & subteres est, inter omnes Danubiales minimus, undè cæteris plerumque præda esse solet, ultra proportionem ab effigie exhibitam non augetur (figura illum modicè latiore, quām est, ostendit.) Cutis squamulis minimis, subtilissimis integratur, quæ in quibusdam in dorso flavescit, & quasi limosi coloris est, in aliis cæruleo-purpureo, & viridi inter se coludendo furvescit, in ventre communiter argentea, & alba est. Tempore parturi-

tionis

tionis verò rubra, uti cinnabaris. Per dorsum quoque, & latera maculæ nigricantes disperguntur.

Caput à Cyprini nonnisi parvitate differt, & figura aliquantulum teretiori. Oculi iride argenteâ circumdantur. Osculum edentulum; Rostra translucida.

Venter, & dorsum pisciculum crassiusculum reddunt; latera paululùm pressa; in prægnantibus verò pro ratione corporis multùm protuberant.

Cauda subteres est.

Pinnæ subtile, translucidæ, ut vitrum purius. Septem numerantur, quæ figurantur, & situantur, ut in Tinca, Naso, Capitone.

Circa ripas ferè semper supernatat, inhabitat tum arenosâ, & lapidosa, tûm lutoſa loca.

Vivit ex muco, & cæno.

Caro alba recentiuscula friabilis, & salubris habetur; spinæ ob subtilissimam structuram vix persensibiles.

Pinguiusculus fieri solet.

Ovis multùm abundat, quæ lutea sunt, & exilia.

Parit menœ Majo in arenâ, & inter lapillos; fœcundus est pisciculus, & valde propagatur.

SECTIO III.

Pisces fluviatiles pinnis aculeatis

C A P U T I.

D E

ASPERIS PISCICULIS

ASPER PISCICULUS I.

Asper pisciculus iste, cuius nunc descriptionem præbemus (*Tab. IX. Fig. 3.*) ab Aldrovando * generali nomine *Piscis Danubiani* intitulatur, atque Germanis Zingel nuncupari affirmatur: Is Author ab aspero pisciculo Rondeletii indistinctum esse suspicatur. Verum quod Zingel Zingel nostras reverâ differat ab aspero Rondeletii, qui nostris Strober Streber, vel Streber Streber est, ex sequentibus patebit.

Est enim Asper pisciculus vernaculo nomine Zingel corpore oblongus, subteres, Dorso acuto non repandus; ventre ferè nihil protuberans, sed æqualiter secundùm omnem mensuram in caudam gracilescens. Maximus longus est ad unam & medium spithamam, gravis ad unam circiter libram. Squamulæ parvæ, duræ, & asperæ horum piscium; aliqui colore squamarum sunt clarè fusco, & nigricantibus areolis maculantur; alii terræ exciccatæ, & radiis solaribus multùm exustæ colore persimiles, atque iidem nigris areolis notati. Omnes in alvo albent.

Caput curtum, macrum, supernè, & lateraliter pressum, quadratâ figurâ sensim in rostra acuta definit. Oculi magni prominentes, ut in Percis. Os mediocre, denticulis parvis asperum.

Tom. IV.

O

Pin-

* Lib. 5. de pesc. cap. 28.

Pinnæ duæ aculeatæ æqualis ferè magnitudinis, à se tamen diffitæ ex dorsi acie proveniunt: ad Branchias geminæ sunt, totidem his suppositæ ad principium imi ventris: una ad anum; caudæ forcipata est. Omnes clarè furvæ sunt, & extenſæ pellucent.

Fluentum quietius amat, fundum ordinariè petere solet.

Pisciculis exilibus vescitur.

Ejus caro inter salubriores, & principaliores sibi locum vendicat, hæc candida, suavis, & friabilis est.

Pinguedo omnis intestinis adnectitur.

Ova albida, & exilia.

Parit Martio in forti fluento, ova in arenis, & inter lapillos deponendo.

A S P E R P I S C I C U L U S I I.

Hic verus, & legitimus est Asper pisciculus Rondeletii à Willughbejo * allegati, nostratis Stroeb̄er Stroeber, vel Streber Streber (*Tab. IX. Fig. 4.*) uti quoque Ratisbonensibus rectè eodem afferente dictus. Corporis figurâ oblongusculus est, eâ tamen nunquam unius, & medii digiti longitudinem excedit, & crassitie ventris pollicem mediocrem. Squamæ duriusculæ, asperæ totum corpus tegunt, excepta alvo, quæ alba cute obducitur. Hæ illi colorem exciccatæ terræ tribuunt, & eum majoribus castanei coloris maculis, vel areolis interstingunt.

Caput ferè uniforme cum priore obtinet, rotundius tamen est, & rostris longioribus. Os denticulis asperum.

Dorsum latiusculum ferè æquale, alvus, & latera prominentia.

Cauda longa exactè teres, dura, gracilis, crassitiem minoris anserini calami scriptorii vix adæquat.

Pinnæ duæ aculeatæ in dorsali parte sunt, duæ ad Branchias, geminæ sub his ad principium imi ventris, una post anum, octava, & ultima caudæ lata, & plana.

In profundis fluentis degere solet, fundum semper petit, undè nonnisi tempore parturitionis capit, dum velocius, & vadofsum fluentum ingreditur.

Ali-

* Lib. 4. cap. 16.

Alitur pisciculis, & arenâ.

Carnis bonitate multò inferior priore existimatur. Caro candida est, & duruscula.

Pinguedo nulla carni, pauca intestinis adnasci observatur.

Ova albida, exilia, illis copiose pollet.

Parit Menſe Aprili in arenâ, aut inter lapillos in velociori, & vadoſo fluento.

Difſert à primo noſtro pifciculo аſpero. Primò capite, quod rotundum, & nequaquam quadratum habet uti ille. Secundò dorſo, quod latiusculum, & veluti fulco quodam ante primam pinnam (ut notat Willughbejuſ) impresso concavum; è contra in illo dorſum acie eminet. Tertiò ventre prominentiore. Quartò cauda, quæ in hoc ſubtilior æqualiter, & exactè teres eſt, in altero figuram corporis fervat, & ad pinnam gracileſcit.




Gobius.
Hressling. Gressling.



Cobitis.
Pfrin.
ffrin.

Asper plicatus I.
Zingf. Zingl.



Asper plicatus II.
Fröher.



TRACTATUS II. FLUVIATILES MARINI

Qui ex mari in Danubium, & contra feruntur

FLUVIATILES MARINI

Omnes intus cartilaginei, & sanguinei

I
 sed cute
 lævi scabré

S E C T I O I.

Fluviatiles Marini cute lævi.

C A P U T I.

DE HUSONUM CLASSIBUS

HUSO I. *Verus, & genuinus.*

HUSO Gesn. Aldrovando, * & Willughbejo + Germanis **Hausen** Hausen. Ungaris Wyáhal. Rascianis **MOQXS9** Moruna intitulatur (*Tab. X. Fig. I.*) oblongus est, ventricosus, exos, excepto capite, & pinnis inter omnes pisces Danubiales maximus. Communiter longitudinis duarum orgyarum, ponderis quingentarum, & sexcentarum librarum capit: verùm & noningentarum Viennæ in foro venit: minor sub quindecim libris nunquam repertus fuit, talem quoque rarissimè se vidisse afferunt piscatores. Cutis lævis, circa dorsum furvè ciner-

Tom. IV.

Q

cia,

* Lib. 4. cap. 9.

+ Lib. 4. cap. 24.

cia, quā protuberantias dorsi tegit, uti & in alvo albicat.

Caput superiū ferè planum, latum, striis in longum tractis scabrum. Cranium osseum cartilaginecendo velut in proboscidem, seu rostrum albicans, crassum, prominens, & acutum definit. Oculi pro corporis ratione parvi, non protuberantes. Nares ante oculos situantur. Os dentibus expers in pronā parte (quæ plana) adverso situ oculis respondet, hujus rictum efformant duæ teretes, & ferè semicirculares cartilagines, quæ in pīce quadringentarum librarum auriculari circiter dīgō crassæ: dictæ cartilagines ope carnis flaccidæ, & musculosæ in parte planā ligatae tenentur. Undè si hæc laxetur rictus oris decumbit, si constringatur ad planum retrahitur. Cirri aliquot carni flacci ante os propendent. Branchiæ ab operculis suis non accuratè teguntur.

Alvus, & dorsum plana, hoc tamen nonnihil in acumen assurgit, in quo protuberantia quædam à cartilaginibus efformantur. Latera prominent, per illa integra utrinque una linea deorsum arcuata decurrit. Totum dorsum cartilagine solidâ, & crassâ firmatur, quæ à cervice usque ad pinnam caudæ perforata est.

Pinnis septem gaudet. Duæ sunt ad branchias, geminæ circa finem ventris, una post meatum excretorium, quæ dorsi ex adverso intermedio spatio inter ultimas ventris, & illam ani latè provenit. Caudæ bifurcata est, cujus cornu superiorius dimidio inferiore longius. Omnes pallidè rubent, ossibus validis, & in cartilaginem gracilescientibus firmantur.

Hyemali tempore in profundis cavernis latitat, ex quibus à frustis glaciei circa Ver quandoque totam capacitatem Danubii violenter usque ad fundum infarcientibus expellitur, quæ impingentia eum non raro fauant, ipsumque rostrum quandoque confringunt, glacie deperditâ, & novâ aquâ superveniente in altum ascendit ad ova ejiciendum. Affirmant pescatores non solum de hoc, verùm etiam de reliquis Husonum classibus, omnes ex mari nigro ascendere, ac illos, qui primo ex mari pervenerunt esse coloris clarioris, instabili Vere in mare transmigrare; in Julio reverti; circa Autumnum denuò in altum ascendere, & latibula ac hybernia quærere. Undè nonnisi circa Ver, & Autumnum capit, nam Aestate à Danubio exul creditur. Hyeme verò ei retia in profundo latenti approximari nequeunt.

Modus eum capiendi diversus est, quandoque enim in alto positus ex sclopo glandine trajicitur, quandoque dum se ei approximandi adest occasio, hastâ transfigitur; quam primùm vulneratus est, resupinatur, & turbatur, undè pescatores summâ celeritate in fauces, & per branchias funem foras perducunt atque fustum alligant, ne funis retrocedere possit. Navi appendunt, & ad ripas pertrahunt. Plerumque tamen ubi natare observatur, retibus longissimis, sed filo solum, & amplis oculis contextis circumducitur, quorum extremitates duas in naviculas duas singulam in singulam imponunt: ubi rostro in retia impingit, titillatur, & quia

molestè fert titillationem, retrocedit, undè continuè titillando versus ripas in vadofum cogitur, dumque se sufficienti aquâ ad natandum destitutum experitur, sæpe sæpius timore, vel furore percitus usque in ripas siccas se ejicit, undè resupinatur, tum advolantes piscaiores funem antè recensito modo traducunt, atque pisces in aquam reponunt, repositum palo in ripis incusso alligatum permodum naviculæ conservare solent. In hoc actu supra suam quamcumque partem inconsideratè allabentes novellos, & incautos tyrones caudâ in flumen persæpe evibrat. Dum verò eum mansuetum, & minùs timidum animadvertisunt, illum in alvo titillant, ex quo resupinatur, ut occasionem habeant funem traducendī.

Muco, & cæno vivit; nonnulli eum pisibus vesci putant, co inducti, quod quandoque in aperti ventriculo reperiantur, verùm id non nisi casualiter accidit, siquidem dum in alto circumvagans rictum oris (qui benè amplius est) hiantem, & distensum servat, hi sponte suâ, & cæcè in ipsum incurunt.

Caro alba, gustui grata instar vitulinæ, solet etiam diversimodè uti hæc præparari, qui eam antè nunquam comederunt vitulinam credunt. Ex officulis pinnum aequè gelatina, uti ex pedibus vitulinis excoquitur.

Pinguedo alba in aliquorum dorso ad tres transversos digitos alta.

Ova rotunda atro-cærulea in membrana cinericii coloris continentur, hæcque multitudine suâ tertiam ponderis partem adæquant. Omnia viscera, & intestina externè nigrè cærulescunt. Ventriculus facio cuidam oblongo similis, internè albus, & rugosus ductu quodam cum vesicâ natatoriâ communicat. Vesica natatoria internè albâ tunicâ obducitur, quam humidam facilè lædes, & levissimè palpando dilacerabis: tunica hæc ad calorem solis, aut ignis indurescit, minùs læsionis obnoxia, & apta ad separandum redditur. Eandem solis digitis separatam, & ulteriùs exsiccata vernaculo idiomate *Hausen blatter*. Hausen blatter, vel *Hausen blasen* Hausen blasen, latino Jetyocollam nominamus: eadem minutim concisa, & in mucilaginem macerata ad clarificanda vina utimur, atque cum vino decocta opiparas pro lautis conviviis gelatinas conficimus. Quomodo verò intestina, & viscera situentur? subjectis horum anatomicis delineationibus sub oculum ponetur in VI., five Miscellaneorum Tomo.

Parit verno tempore, dum in alto circumvagatur: quamvis autem ova copiosissima in Danubium emittat, attamen infœcunda inibi sunt, eaque ut plurimum à Sturionibus devorari piscaiores credunt.

H U S O I I.


SEcunda Husonis species Germanis Glatt-Dick à cute lævi dicitur (*Tab. X. Fig. 2.*). Quare cùm Antaceo stellato Aldrov. congener sit, ifque ob cutem asperam Wax Dick dicatur, fas nobis sit hunc ob cutem lævem, & secundùm Germanicum nomen Antaceum lævem appellare. Ungaris Tock, Rascianis Serrewenferti appellatur. Figurâ externâ, cute, colore hujus cæterisque cum præcedenti ferè convenit. Differt tamen ab eo, 1. figurâ cranii quod magis protuberat, & rotundius est; 2. oculis qui pro ratione corporis majores, quàm in antè descripto; 3. rostro, quod brevius, gracilis, ac acuminatus est; 4. modo crescendi, siquidem ultra longitudinem septem spithamarum, & pondus sexaginta librarum non excrescit.

Caro alba, illi antea descripto bonitate prævalet.

Pinguine proportionaliter priori æqualis.

Ova pauciora, quàm in primo.

Huso primus.
Hausen.



Moruna. Wyfahal.

Huso II. Sucus antaceus glaber.
Fatt. Stif. Glatt Dick. Jesefra Jefetra.



HUSO III. STURIO I.

STURIO Germanis *Stierl* Stierl. Ungaris Kestcheke. Rascianis *STUR* Ketschegi dictus (*Tab. XI. Fig. 1.*) Husoni conformatio[n]is formâ perquām similis est. Differt tamen ab eo primò mole corporis, siquidem vix major unquam captus in Danubio, qui ultra octo libras carnibus, & ovis tres ponderavisset.

Secundò quinque ordinibus ossium in acumen retro spectans assurgentium, qui ordines per universum corpus longitudinaliter decurrunt, & illud ferè pentagonum reddunt. Tertiò Rostro pro ratione corporis longiore quām in reliquis Husonibus ante descriptis, hoc constat ex cartilagine exteriùs osse tanquam vaginā obductā, octavam circiter partem longitudinis corporalis obtinet.

Cæno, & luto alitur, præterea ova Husonum affectat. Hyemali tempore in Cavernis multi simul in cumulum collecti, & inter se complicati mucum proprium fugunt, quem è corpore emitunt.

Caro alba, & delicata est, hâc omnes Husonum classes antecellit.

In principio Veris Mare versūs demigrat: circa finem Aprilis parit.

HUSO IV. STURIO II.

Species Sturionis altera (*Tab. XI. Fig. 2.*) primâ magis cute nigrescit. Ossa in dorsi acumine prominentia, longiora, acuminatoria, & magis adunca. Ros-trum longius sursum tendit.

Sturio hic in cataractis Danubii, Ponte Euxino, & Propontide invenitur attamen in Bosphoro Thracico, qui à Ponte Euxino in Propontidem via est, nunquam à se, suisque antecessoribus captum fuisse pisca[re]tores affirmant, cum tamen per eum, utpotè unicam viam necessariò transire deberet. Undè hac ratione persuasi, eum ex mari ad cataractas Danubii ascendere, & ab iisdem per quosdam meatus, & canales subterraneos in Propontidem transgredi credunt.


Huso. III. Sturio. I.

Stierl.



Ισχυντικ Κετσέγι Κετσέκε.

Huso. IV. Sturio. II.



S E C T I O I I .

FLUVIATILES MARINI

C U T E A S P E R A

H U S O V .

A N T A C E U S S T E L L A T U S .

HUSO quintus noster Aldrovando * Antaceus stellatus; Germanis à cute scabré, & asperâ **Wax Dick** Wax Dick (Wax Scabrum significat) aliis etiam **Esther** Esther: Ungaris Jefettra, uti & Rascianis, quod suis litteris sic exprimunt Σεζμάρη denominatur (*Tab. XII. Fig. 1.*). Husoni corporis formâ persimilis est; in molem similem cum Antaceo lævi nostro excrescit. Cutis scabra, & aspera furvè cinneritia, in alvo pallidè ex luteo rubra; stellatis maculis proprii coloris obscurioris notatur; per universum quoque corpus quinque ordines ossium aculeatorum, ut in Sturione decurrunt: Rostrum inter omnes Husonum classes obtusum habet.

Caro in quibusdam alba, in aliis verò, qui cute sunt nigriores plerumque ex luteo in rubicundum inclinat: sapore carnem Antacei lævis superat. Cætera ei, cum reliquis communia.

* Lib. 5. de pisc. cap. 3.

H U S O V . I .

HUic Germani **Scherg** Scherg, Rasciani **Шереги** Scheregi: Ungari Scherek nomen tribuunt (*Tab. XII. Fig. 2.*) nobis ob similitudinem cum Antaceo **Tom. IV.** **T** **stella-**

stellato, & rostrum, quod inter omnes Husonum classes longissimum obtinet, latine *Antaceum rostratum* denominare licet. *Husoni* quinto persimilis est, attenuatamen eo adhuc minor, & gracilior, nam longitudine spithamas sex, & pondere carnium libras quadraginta quinque, ovium decem, vel duodecim circiter non excedit. *Rostrum* gracilius, longius, ad sextam partem suæ extensionis longum obtinet. Cuta scabrâ, stellatis quoque maculis refertâ tegitur, hæc circa dorsum ex *cæruleo nigricat*, circa alvum, ut & ubi ossa aculeata prodeunt, alba est.


Caro alba, in iis, quorum cutis clarioris coloris; in quibus verò obscurioris est ex luteo rubet. *Praestantiâ* suâ antecedit (*Sturionem si excipias*) omnibus reliquis Husonum classibus.

A P P E N D I X.

Omnes Husonum classes duabus leucis ante fortalitium *Commoromium*, Germanicè, *Commorn* non ascendunt. In ascensu, & descensu eorum Piscatores animadvertunt omnes eandem certam, & determinatam viam servare.

Huso v. *Antaeus stellatus*.

Dr. Dic. Waxdick. Ζετταία Jesettia.



Huso VI. *Antaeus rostratus*.

Scherg.



μιζηραῖ Scheregi Schereck.

TRACTATUS III.

P A L U S T R E S

*Qui degunt solum in paludibus in quas aquam
Danubius suppeditat.*

P A L U S T R E S T A N T U M

intus spinosi, & sanguinei

sed cute

lævi *squamosâ*

S E C T I O I.

P A L U S T R E S

C U T E L A E V I.

C A P U T I.

DE MUSTELA FOSSILI.

Quem Aldrovandus * in descrip. Pisces fossilem, & in iconē Mustelam fossilem appellat, hunc Willughbejus † sub nomine Misgum, vel Fisgum, & eodem § sub nomine Mustelæ fossilis Gesn. describit: ipse etiam Author duobus capitibus sub diversis nominibus declaratum unum esse putat, ultimo loco citato inquiens. *Fortè hic pisces cum Misgum, vel Fisgum superiùs descripto idem est.* Germanis Danubii accolis Pisgurn Pisgurn, finitimus ad Bohemiam *Mural* Mu-

Tom. IV.

V

ral

* Lib. 5. cap. 8.

† Lib. 4. cap. 14.

§ Lib. 4. cap. 16. §. 5.

ral aliis **Peisker** Peisker, vel **Beiseker** Beiseker, nonnullis **Pfeiffer** Pfeifker à **Pfeiffen** Pfeiffen (sibilare) denominatur (*Tab. XIII. Fig. 1.*) nam dum attingitur, in gyrum se contorquere, & præ timore sonum acutum per modum sibili edere solet. Oblongus, & teres est, ad longitudinem unius circiter spithamæ, & crassitatem unius digiti crassioris summè excedit. Cutis squamis caret, lubrica est, secundùm longitudinem lineas tres nigras, aut si accuratiùs cum Willughbejo utraque latera consideres, quinque reperies, unam in summo dorso, duas latiores in mediis lateribus, duas in imis angustiores. Alvis lutea est, nigris punctatis maculis variegata.

Caput supernè pressum circa cervicem latum, & crassum in angustum, & acuminatum anteriùs definit. Oculi parvi, profundè insiti. Os edentulum cirris, vel carunculis capillaribus barbatum.

Venter cum caudâ supernè, & infernè æqualem semper latitudinem servat, sed à meatu excretorio versus extremum ejus crassities attenuatur. Linea à branchiis ad extremum caudæ decurrens corpus in duas partes subdistinguit.

Pinnis quinque gaudet. Duæ ad branchias, una ad meatum excretorium, una ad medium dorsi locatur: Caudæ plana semicirculari figurâ definit; omnes pinnæ fuscæ, & nigrantibus maculis variegatæ sunt.

Degit in paludibus, locis uliginosis, in cavernis inter arundinum radices, ex quibus perfæpè effoditur.

Vescitur muco, & cæno.

Caro suffusca, paludem & uliginem redolens, subdura, & lenta, & non nisi in pauperum mensas affertur.

Pinguedo ad sensum nulla.

Ovorum ingenti copiâ pollet, quæ suffusca, parva, dura, & densè inter se comparta sunt.

Parit mense Augusto in paludibus, & uliginibus.

S E C T I O I I.

P A L U S T R E S

Cute Squamosa

C A P U T I.

D E R U B E L L O

S I V E

R U T I L O.

DEscriptio Aldrov. * ex Gesnero allata cuiusdam piscis Germanis Roddav. dicti (cui Rubellus, seu Rutilus idem Gesn. nomen tribuit) uti & icon cum eo Lingua Austriae Rottaug Rottaug, vel Rottaugen Rottaugen, Rascianica ΡΟΚΕΝΑΚΕΤΑ Chesega; Ungarica Veres Szaryketeg denominato (*Tab. XIII. Fig. 4.*) in omnibus consentiret, nisi eidem maxillas dentibus munitas quinque tribueret, cum noster Rottaug illis careat. Willughbeii + Rottaug, seu Erythophthalmus, & Bramis affinis accuratè cum nostro correspondet.

Corporis figura ferè cum Cyprino juvēne, & parvo convenit, dorso tamen est latiore, & terretiore, minusque acuto; lateribus planioribus, & pressioribus illo tenuior est. Longitudo unam spithamam, latitudo quatuor digitos, pondus medium libram, octo scilicet uncias nunquam excedet. Squamæ mediocres, circa dorsum furvæ, in ventre argenteæ, rubri tinturæ modicè dilutæ: desquamati cutem virescere ait Willughbejus. Oculorum Irides flavo colore diluuntur, aliis rubro.

Pinnæ septem numerantur figuratæ & situatæ, ut in Capitonibus, Naso, Orfo, in aliquibus, quæ medii ventris, ani, & caudæ cinnabarini sunt coloris, illæ
Tom. IV. X verò

* Lib. 5. de pisc. cap. 3².

† Lib. 4. cap. 4.

verò ad branchias, & dorfi obscurè pellucidæ, & flavæ, hique oculorum irides
flavas obtinent, atque à Colero in suâ Historiâ Germanicâ de piscibus vulgari lin-
guâ *Rottfederle* Rottfederle, latinâ Rubripinnula à rubore pinnarum denomina-
tur, in aliis omnes pinnæ furventes; & his oculorum iris rutilat; his ab eodem
Authore nomen *Rottaugen*, seu Etytrophthalmi magis propriè imponitur. At-
tamen utraque species à vulgo, & plebe nostrâ sub nomine Rottatigen confun-
ditur.

In paludibus inter arundinetâ degere solet.

Alitur muco, herbis.

Caro spinnulis referta, mollis, durior tamen quām in Cyprino.

Pinguedo carni intermiscetur, & intestina obvolvit.

Ova exigua pallidè rubea, utcunque copiosa.

Parit Mense Martio inter arundinetâ, & arborum radices.

C A P U T I I.

D E

ALBURNO AUSONII.

Quem Willughbejus * sub Alburno Ausonii describit cum nostro Burckhofer Burckhofer Austriacâ linguâ sic dicto eundem esse effigies data nostri similima confirmare videtur (*Tab. XIII. Fig. 3.*).

Pisciculus brevis, pressus, tenuis, & latiusculus est. Dorso, & alvo æqualiter repandus, ferè nunc natæ Bramulæ similis. Supra magnitudinem à figurâ demon-
tratam nunquam augetur, imò hæc ipsum majorem exhibet, quām esse solet. Cutis tegitur squamulis tenuibus, facile deciduis, magnis pro tam parvâ corporis mo-
le: hæ in dorso ex cœruleo fuscessunt, in lateribus, & ventre argenteo, purpu-
reо cœruleo, & viridi colore inter se collidunt.

Caput uti in Bramâ aut Cyprino (si parva magnis comparare licet) conforma-
tur. Oculorum pupilla nigra; iris eorumdem maculâ rubrâ notatur; quapropter multis *Rottangle* Erytrophthalmulus dicitur, & cum Rutilo Gefn. præceden-
ti Capite descripto perperam confunditur. Os edentulum.

Pinnulis septem gaudet: duabus ad branchias, totidem ad medium ventris, unâ
ad meatum excretorium, caudæ forcipatâ, & unâ in medio tergi. Pinnulæ om-
nes

nes obscurè pellucidæ, exceptâ illâ ad meatum excretorium, quæ rutilescit, & alterâ dorsi, quæ præterquam quod pellucida sit, nigris maculis variegatur.

Incolit paludes vadosas, quæ multam juneorum, equisetorum, & durorum, ac majorum graminum copiam progernerant.

Vescitur muco, cæno, & herbis.

Carne est molli, parùm pingui vilissimi pretii, & ferè vilium vilissimus.

Ova copiosa exilia, uti fabula, obscurè flavent.

Parturit Mense Julio.

C A P U T I I I.

D E

G O B I O C A N I N O.

Piscis Hundsfisch Hundsfisch (*piscis caninus*) (*Tab. XIII. Fig. 2.*) Austriacis sic dictus, ab ignaris sæpè sæpius pro Gobio habetur, quamvis cum eo non nisi rudem similitudinem habeat: quia verò ejusdem descriptionem hactenus apud Authores invenire non licuit, fas nobis sit eundem **Gobium** à vulgi opinione, & **Caninum** à Germanico Hundt denominare.

Est itaque **Gobius caninus** piscis, parvus magnitudine effigiem adjectam nunquam excedens, tumidus apparenter, ventricosus, & oblongus.

Cutis squamis respectu corporis magnis obtegitur, quæ eidem buffonis colorem tribuunt, circa dorsum magis ad nigrum inclinant, corpori non arctè adjacent, sed modicè ab illo elevantur. Linea albis punctis constans utrinque à branchiis per latera ad caudam protensa tergo vicinior, quàm infimo ventri.

Caput breve, subteres, lateraliter modicè pressum, & versus os gracilescens. Oculi magni circulo argenteo circumdati. Os denticulis exilissimis: extremitas rostri superioris latiuscula; labrum aliquantum retrò curvum. Rostrum inferius ultrà superius prominet, & versus os ascendendo ad superius reflectitur.

Venter amplus, laxus, multum protuberans; Dorsum latiusculè subteres.

Cauda ad meatum excretorium incipiens tenui & angustâ bifurcatâ pinnâ terminatur.

Pinnas septem sortitur, omnes obscurè pellucidæ, quæ dorsi, & caudæ utraque transversaliter uno nigrarum macularum ordine lineatur. Duæ ad branchias, to-

tidem ad medium ventris locantur. Quinta juxta meatum excretorium provenit. Sexta dorsi est, quæ latiuscula tredecim radios obtinet. Septima caudæ forcipata.

Uti ipse sordidus est, ita sordidiores, & fætentes aquas ex inundationibus in scrobibus, & fossis relictas incolit.

Vescitur cæno, & infectis exilibus.

Carne est insalubri, nauseam excitante, nonnisi ab ignaro, & reliquis piscibus inadvertenter intermixtus mensæ affertur. Vere duntaxat, & tunc quidem raro ejusmodi piscem videre licet, nam hoc tempore ineunte glacies rumpitur, cujus frusta fibi invicem violenter ob cursum velocissimum fluminis collisa, subtrusa, & supertrusa quandoque adeò capacitatem fluminis infarciunt, & explent, ut aquam stagnare, & alio exundare faciant, quæ exundans diversi generis pisces in loca, ubi Gobius caninus degit, defert, quorum causa his solummodo temporibus ea loca pescatores perlustrare solent, & inter reliquos, & hunc capere.

Ovorum tertia sui ponderis parte potitur circa tempus parturitionis: hæc exilia obscure flava.


Parturit Mensē Aprilī.

Mystela fossilis.

Pifsgurn.


*Gobius caninus.*

Hundsfisch.

*Alburnus Aysoni.*Sürrchhöfer.
Burckhofer.*Rubellus.*

Rottaugen.

Ug'k'e makera.



Veres Szárnyuketzégh.

C A P U T I V.

D E

C A R A S S I O.

CArassius Gesn. ex Aldrovando * Cyprinus latus alias, II. Carasii genus Wil-
lughbeii + Germanis nomine **Gareis** Gareis. Ungaris Coras. Rascianis
Karasak Karasak intitulatur (*Tab. XIV.*). Huic corpus latum, pressum, te-
nue. Longitudo ad latitudinem dupla. Dorsum valde repandum. Colore squa-
mis, capite, caudâ, pinnis, & ovis cum Cyprino convenit, ejus pinnæ tamen
magis furvent.

Inhabitat paludes, & plerumque in arundinetis detinetur.


Alitur muco, & herbis.

Caro recentior, minus pinguis, quam Cyprini.

Parturit Mensa Majo.

* Lib. 4. de pñc. cap. 43.

† Lib. 4. cap. 5. §. 2.



Carassius.

Gareisel.



Kapauwakb. Karasfak.

C A P U T V.
D E
T I N C A.

TInca communiter Authoribus, Aristoteli ^{ψυλῶν} Germanis Schlein, Ungaris Variahal, Rascianis Λίνηακβ Liniac, (*Tab. XV.*) figurâ corporis fermè Cyprino assimilatur. Dorsum tamen minus acutum in Tincâ, quam in illo: ultra longitudinem duarum spithamarum, latitudinem novem circiter digitorum, pondus duarum librarum non excrescit. Cutis ei nigra, vivescens, squamulis, quæ molles, tenuissimæ, exiles, muco quodam oblitæ, quo totus pîscis lubricus redditur.

Figura capitis ventris, & caudæ Cyprino similis est. Iris oculorum rubet, & caudæ pinna plana, & lata minus bifurcata est.

Pinnæ numero septem, nigrantis coloris. Duæ sunt ad branchias, totidem ad medium infimi ventris: una post meatum excretorium, alia è regione superius post medietatem dorsi enascitur. Ultima denique jam supramemorata caudam terminat.

Paludes amat.

Alitur muco, & cæno; lumbricis terrestribus minoribus pro escâ hamo appositis multùm allicitur; quod etiam notat Willughbejus *.

Caro alba, mollis, haud insuavis, si paludem non redolet (quod tamen plurimæ habent) & pîscis benè muco repurgatus sit.


Pinguedo, quam copiose pollet, ferè omnis intestinis adhæret.

Ova alba mucosa, & exilia.

Parit mense Julio, quo tempore inter arundineta in altum ascendit.

* Lib. 4. cap. 6.

Tinca.
Schlein.



Ανδιακός Λινιακός.
Varjaha.

TRACTATUS IV.

FLUVIATILES PALUSTRES

*Qui æque in paludibus adjacentibus, ac in
Danubio degunt.*

PALUSTRES FLUVIATILES

*Omnis sanguinei, spinosi, & cute
squamosâ
|
sed pinnis
aculeatis non aculeatis*

SECTIO I.

FLUVIATILES PALUSTRES

pinnis non aculeatis

C A P U T I.

D E B R A M A I.

CYprinus latus Rondeletii in Aldrovando *. Cyprinus latus, seu Brama Gefneri ex Willughbejo †, Germanis Braren Braxen, vel Bleinzen Bleinzen; Ungaris Kessigi; Rascianis Пламника (*Tab. XVI.*) respectu aliorum piscium ejusdem Tom. IV.

B b

dem

* Lib. 5. cap. 42.

† Lib. 4. cap. 3.

dem ponderis latissimus, planissimus, & tenuissimus est, dupla ejus ad latitudinem longitudo; reperitur longitudinis sex palmorum, & latitudinis trium; ponderis sex librarum. Colore in dorso ex cæruleo nigricat, albescit versus ventrem, juniores senibus albiores, uti etiam fœmellæ; squamæ grandiores sunt, deorsum striatae ut observat Willughbejus §.

Caput breve, parvum pro corporis magnitudine, ejusdem figuræ ut in Cyprino, mustacibus tamen caret. Labra obscure alba. Os edentulum, Palatum carnosum.

Dorsum insigniter repandum, seu arcuatum, & cultellatum. Venter multum compressus, angustus; altus tamen, quod enim amplitudine secundum latum deficit, altitudo complet. Lineæ latera dividentes à branchiis statim deorsum in arcum flectuntur, dein rectius usque ad pinnam caudæ procedunt.

Caudâ simili cum Cyprino gaudet.

Pinnæ septem furvae, seu ex cæruleo nigricantes: quatuor (quibus natat) figurantur, & situantur, ut in Cyprino quinta per ampla meatui excretorio succedit ad caudam proximè producta; sexta alta paulò ultrà medium longitudinem dorsi provenit, cuius expansæ summa acies versus caudam declivis. Septima caudæ bifurcata.

Moratur in locis quietis, & plerūmque in arundinetis.

Vescitur muco, herbis, argillâ, bruchis, majalibus; coctâ avenâ, & hordeo à piscatoribus pro escâ adhibitis mirum in modum allicitur.

Aldrovandus *, ex Platinâ Bramas pisces insipidos affirmat. Willughbejus + Bramas esse carne molli, nec multum laudatâ asserit. Verùm enim verò à nostris pluris quam Cyprini, & gratius duriuscula aestimatur, plurisque venit, ac ille.

Multum pinguefcit, præsertim in Ungariâ: intestina copiofâ pinguedine sunt referta. Ova Cyprini similia.

Generat Martio, & Aprili in altum inter arundineta ascendens, his mensibus albicantia quædam puncta, prominentia, dura uti claviculi, piscatoribus flores dicta, ex cute, & squamis masculi prorumpunt; his elapsis deperduntur. Idem etiam Willughbejus ex Gesnero adnotat de suâ Bramâ Germanorum Steinbrachsmen, & Thombrachsmen. Austriacis piscatoribus pro tempore illo, quo prædictas excrescentias habet peculiari nomine Rhenbraxen Rhenbraxen denotatur.

* Lib. & cap. supra cit.

+ Lib. & cap. supra cit.

§ Loco supra cit.




Mas.
Brama. I.
Rhen Braxen.

B R A M A II.

BRAMA altera Germanis Scheich Bleinzen Scheich Bleinzen dicta (*Tab. XVII.*) fœmina est. Hæc est cute pallidior, & albidior; ultrà pondus unius, & mediæ libræ vix major evadit, neque mutationes subit, uti suprà descripta species.

Brana. II. *Tæmina*.
Drägen. Braxen. Πλατίκα. Platicha.



C A P U T II.

DE CAPITONE FLUVIATILI
C O E R U L E O.

Capito fluviatilis coeruleus Aldrov. * Germanis antequam ultrà unam, & medium libram ponderet **Gengling** Gengling, Dein verò **Bradtfisch** Bradtfisch, Vel **Seider** Seider nuncupatur (*Tab. XVIII. Fig. 1.*). Ungaris **Dewerkesegi**. Rascianis **Dewerki**. Longitudo maximi est unius cubiti, latitudo decem, aut duodecim circiter digitorum, pondus quatuor librarum. Aldrov. ejus latitudinem quatuor digitos non excedere afferit, verùm de nostro id verificari non potest, siquidem latitudo hujus ità ad longitudinem proportionata, ut corporis figura Cyprino assimiletur, eo tamen tenuior est, dorsum crassius, & teretius, ac latera magis pressa fortitur.

Pinnæ furventes tempore hyemali, & generationis rubent, uti & in minoribus. Willughbejus + pronas semper rubere ait, quod de minoribus tantùm verificatur, cum afferat eos ultra duas libras non excrescere. Septem numerantur: situantur, & figurantur, ut in Cyprino, exceptò quòd illa, quæ ex dorso emergit, ad tantam longitudinem non producatur, uti in illo.

Incolit loca quieta, & arundineta.

Alitur vermiculis, herbis, & cæno.

Caro quandoque adeò pinguis est, ut præ pinguedine flaveat. Grati saporis: præfertim affa.

Ova similia ut in Cyprino.

Parit inter arundinetam Martio, & Aprili, ubi in altum ascendit. Masculi squamae (dum generat) asperiores redduntur.

* Lib. 5, de pesc. cap. 19.

+ Lib. 4, cap. 11.

C A P U T I I I.

D E

PHOXINIS SQUAMOSIS.

Quem Rondeletius sub nomine Phoxini squamosi adfert, apud Aldrov. * allegatus Gesnerus eum esse conjicit, qui suis Bambelle dicitur: nos Bambelle secundum descriptionem Gesneri eum arbitramur, qui nostris Austriacis sub nomine **Lauben** Lauben indigitatur: duæ autem hujus species reperiuntur, quas Germani in **Reislauben** Reislauben, & **Windlauben** Windlauben dividunt: allata descriptione prioris, differentiam secundæ adnotabimus.

* Lib. 5. cap. 32.

P H O X I N U S S Q U A M O S U S I.

Reis-Lauben Reis-Laaben (*Tab. XVIII. Fig. 2.*). Pisciculus est oblongus, lateriter pressus, longitudinem digitii longioris non superat; latitudine ad duos transversos non accedit: squamulis exilibus, tenuibus, & translucidis tegitur. Cutis circa dorsum obscurioris est coloris, circa latera, & ventrem imum alba, seu argentea.

Caput ei pro sui magnitudine crassiusculum, in lateribus pressum, supernè minus declive, quam infernè acclive; maxilla inferior linguiformis, superiore brevior, minor, & angustior, intrà superiorem se accommodat. Cranium, & labra pellucida. Oculum dentibus expers. Oculi magni, Iris eorum aurea, & argentea. Pupilla nigra.

Venter deorsum repandus; dorsum ferè cum caudâ æquali, & rectâ lineâ cor-

ref-

respondet (figura dorsum repandum erroneè demonstrat) linea utrinque à branchiis rectè ad caudam deducitur, & hæc superior est, & dorso vicinior; alia inferior priore magis conspicua, deorsum repanda, & arcuata, circà cervicem inflexa, uti prior etiam ad pinnam caudæ terminatur.

Cauda ut in Naso, vel Capitonibus conformata.

Pinna in dorsi medio unica est, binæ ad branchias, totidem in medio ventris: alia post anum latiuscula, ultima caudæ bifurca. Omnes albæ, & pellucidæ sunt.

Amat fluenta, quietiora, & profunda.

Vivit muco, limo, & luto.

Caro mollis, aristis referta, ob hanc in vilissimorum numero reponitur, utcunque tamen pinguescit.


Ovula exilia, albicantia. Includuntur membranulæ subtili, argenteæ, splendenti, & punctulis nigris, minutis supernè densius, infernè rarius eleganter inspersæ.

Parturit Junio inter arundines, & arborum radices.

P H O X I N U S II.

PHoxini secunda species Germanis ~~Wind-Caibet~~ Windlauben dicta (*Tab. XVIII. Fig. 3.*), differt à priore, quòd hæc angustior, & longior sit, neque ventre repando, uti prior. Magnitudinem ab effigie expressam excedere non solet.

Capito Aluvialis
Bratfisch.



Cerulesus.

Mewerkesegi ɻenqyjia
Dewerika.

Pheroxinus I.
Ketfischen. Reislauen.



2.

Pheroxinus II.
Windzüßen. Windlauben.



3.

C A P U T I V.

D E

C Y P R I N I S
C Y P R I N U S I.

CYprinus Aldrov. * plerumque à nostratis Latinè, & fortè perperam Carpio appellatur, ab Oppiano, ut afferit Aldrov. Græcè κυπριανός, Germanis Kharpfen Kharpfen dicitur, Ungaris aliquibus Pontty, aliis Poidka. Rascianis ωαραϊν Scharan (*Tab XIX.*). Figurâ corporis oblongus, & latus est, lateraliter pressus, nonnihil tamen in ventre protuberans; in magnam corporis molem excrescere solet, ita, ut quandoque latitudo ejus duas spithamas circiter, longitudo duos cubitos, & medium, pondus triginta libras adæquet. Cutem inter omnes pisces Danubiales squamis maximis munitam habet: color hujus in dorso fuscus est, qui ad latera in citrinum vertitur, versus infimum ventrem albescit; totus piscis pro ratione ætatis majoris magis, magisque flavescit.

Caput breve, lateraliter spectatum quasi triangulum, cuius latera nonnihil excurva, à tergo ad labra obliquè, & curtim cranium deprimitur. Totum denique caput, ut in Tincâ formatum. Oculi sunt medii, modicè extra cranium protuberantes, ante quos sunt duo foramina. Os dentibus caret, mediocre, labra flavescentia: dentium tamen vicem supplent duo ossa aspera, satis durè digitum intrusum prementia in inferiore parte sita, & tertium superius in palato, quod læve & triangulare, ut rectè afferit Rondeletius: ad labrum superius carunculæ duæ oblongæ in acutum desinentes, & mustacum modo dependentes enascuntur.

Venter (ut ante notatum) lateraliter protuberat. Dorsum arcuatum, seu repandum, & cultellatum. Alvis variat pro ratione sexûs, & temporis; in masculis enim, qui lac gerunt, angustior, in fæminis verò latior, præcipue circa parturitionis tempus existit.

Cauda brevis, longitudinem circiter medianam ventris æquat. Circà ventris terminum latior, & crassior, ad extremitates tenuior, & angustior evadit.

Pinnæ numero septem: minorum, quibus natat, duo æqualia sunt paria, quæ

Tom. IV.

F f

angus-

angustiores, & crassiores circa basim, in progressu versus extrema tenuiores, & obliquè latiores existunt. Unum par in latera propè gulam ad branchias, alterum in medio ventris in alvi latera inseritur. Quinta ad meatum excretorium latè producta, & caudam versus concidens. Hujus primum, & anterius ossiculum, quæ caudam respicit serratum. Sexta in medio dorsi incipiens ad caudæ initium propagatur, & caudam versus concidit. Septima caudæ bifurcata. Pinna hæc circè basim fusca, progrediendo ad extremitates magis, magisque flavescit. Dorsi fusca est, quæ in pronâ parte locantur magis flavicant. Jam in paludibus, jam in fluvio circa ea loca circumvagatur, quæ ei alimentum suggerunt.

Illud autem est argilla, limus, mucus, & herbæ.

Caro albicans, mollis, benè saturans; mollior, sed pinguior in illis, ob aquas seigniores, qui in Ungariâ degunt. Recentior verò, & salubrior, in illis, qui in Austria.

Pinguedinis plurimum intestinis adhaeret. Caro circè alvum in majoribus, & præcipue in Ungariâ captis præ pinguedine lardo suillo persimilis.

Ova coloris rutilè flavicantis, magnitudinis feminis millii. Illis copiose repletur circè Ver.

Parit Mensa Majo in fluento vadofo, & glareofo, quo tempore fortiter contra fluxum aquæ nititur.

Hujus generis Carpionem, 4. ferè pedes longum, & 27. libras ponderantem, ad confinia Transylvaniæ, è flumine Temis, Ann. 1701. 5. Martii, accepimus.

CYPRINUS. I.

 Karpfen. Karpfen.



шагн. Saran. Pontty.

C Y P R I N U S II.

CYprini secunda species Germanis Spiegel-Kharpfen Spiegel-Kharpfen vel König Konig dicta (*Tab. XX. Fig. 1.*) differt à priori, primò squamis quadruplo majoribus (*Tab. XX. Fig. 2.*). Hæ quâ parte infiguntur pellucidæ, posteriore verò ad medium ambitum aurei coloris sunt, rarò integro ordine sibi succedentes: secundò cute, quæ circà dorsum nigra, circà latera, & alvum aurei coloris, in majoribus aliquantùm splendens: potiori ex parte squamis, nuda, sub squamis mollior, quâ illis non tegitur durior. Carne delicatior est priore.



Cyprinus. II.
Spirigl Karpfen oder König.

Spiegel Kharpfen vel Kenig.

Squamæ ex Cyprino hujusmodi trium
librarum, et medice ad naturalem
magnitudinem expressæ.




C Y P R I N U S III.

CYprinus tertius noster, Willughbejo * Carassius tertius est: *Germanis id generis* (ait) *vocantur Halb Karass*, *id est dimidii Carassii*, *ab aliis Karpkarass*, *quoniam è Carasso*, & *Carpa veluti compositi videntur*. Verùm hæc denominatio vulgaris esse videtur, circà Albim; circà Danubium à nostratis nomine **Sittich-Kharpfen** Sittich-Kharpfen denotatur (*Tab. XXI.*). Similitudine inter Cyprinum & Carassium mediat, nam ex ovis Cyprini, quantum Piscatores asserunt, & female, vel lacte Carassii, aut è contra progeneratur: horum nullus repertus, qui ultrà tres libras ponderavisset.

* Lib. 4. cap. 5.

Cyprinus. III.
Gitterg Härfen. Sittich Kharpen.



C A P U T V.

D E

L U C I O.

Piscis Lucius Latinis Authoribus communiter sic dictus, ut Rondeletius opinatur, Græcè Ausonio παραγλυπτη nomine à Lupo deducto insignitur. Germanis **Hochten** Hochten. Ungaris Cluka, Rascianis ψουκα Stukha dicitur (*Tab. XXII. Fig. 1.*). Oblongus est, ventris laxi, inter omnes Danubiales voracissimus, & rapacissimus. Longitudo maximi quatuor cubitorum, latitudo duarum ferè spithamarum, pondus sexaginta librarum observatur. Squamis tegitur parvis, densis, & confertis; harum color in tergo furvus est, in lateribus ex furvo-cinnericius, in alvo verò albus; lutescentibus maculis ubique, præterquam in alvo variegatur.

Caput oblongum, macrum, à dorso usque ad oculos quadratum, exindè in rostrum anserino simile figuratum. Oculi minùs, quàm in aliis piscibus protuberant, mediocres, antè quos sunt duo foramina in unam cavitatem coëuntia ut notat Aldrovandus. Maxillæ oblongæ, inferior superiore longior, ad latera dentibus caret, ut affirmat Willughbejus †, & Aldrovandus §. Palatum, ut & maxilla inferior anteriùs plurimis, acutis, & diversâ acie dispositis denticulis exasperantur. Offa branchiarum quoque denticulis subtilibus ferrata, mandibulæ pars inferior, quæ branchias tegit ex multis decurvis, semicircularibus, & laxè connexis ossiculis componitur.

Dorsum longum, & latum unà cùm ventre pisces ferè quadratum reddit. Venter verò in fœminis prominet, & præcipue circà parturitionis tempus.

Cauda in suo exortu latior, & crassior ad pinnam gracilior, tertiam circiter ventris partem longitudine æquat.

Pinnis natat quatuor, quæ inter se fermè sunt æquales, duæ harum sunt ad branchiarum ima, duæ infernè ad medium ventris. Quinta circà terminum dorfi exoritur, sexta huic ferè ex adverso ad meatum excretorium, ambæ ultimæ versus caudam concidunt, septima caudæ bifurcata est: omnes sunt fuscè-flavicantis coloris, & nigris maculis variegatæ.

Amat quietiora loca, uti arundineta.

Tom. IV.

Ii

In

* † Lib. 4. cap. 21.

§ Lib. 5. de pis. cap. 49.


In pisces degraffatur, & adeò vorax est, ut etiam suo generi non parcat: In-glutit item ranas, & cancros. Ungarici pescatores, dum illos in magnâ copiâ ad condiendum sale exenterant, in eorum ventriculis quandoque serpentes inveniunt: capitur etiam nonnunquam cum piscibus extra os prominentibus, qui extracti, parte, quâ ventriculo inerant, consumpti conspiciuntur.

Caro albicans, duriuscula, & recens, salubris æstimatur.

Pinguedo, quâ pro copiâ pabuli magis, vel minus abundat omnis intestinis ad-hæret. Ova coloris vitellini, magnitudine seminis millii: quantitate suâ circâ tempus parturitionis ad minimum quartam, si non tertiam carnium partem adæquant.


Parit Mense Martio, quo in altum (& plerumque inter arundineta) ascendit: hoc tempore, quasi cæcus, & adeò turbatus est, ut eum sæpè sæpius in alto stan-tem solis manibus ex aquâ eripere liceat. Quod ipsemet propriis oculis in brac-chio Danubii Viennæ mœnia præterfluente conspexi. In quo Lucius quatuor cir-citer librarum in alto steterat; postquam ad lapidum injectiones copiosas non ter-refactus, & abactus, tandem duo illi se naviculâ approximarunt, qui illum solis manibus ita perturbatum ex aquâ in naviculam transposuerunt, hîc negligenter cu-stoditus, ubi se recollegit, denuò in flumen exiliit, & effugit.

Lucius.
Böchfen. Hechten.



Чоука. Stukha. Cfuka.

Lucioperca.
Schief. Смуглянъ Smul. SyjHo



2.

S E C T I O II.

Pisces fluviatiles palustres, pinnis aculeatis.

C A P U T I.

D E P E R C I S

P E R C A I.

PErca fluviatilis Rondeletii, Gesneri ex Aldrovando * Græcorum οὐρανοῦ. Auftriacorum Berstling Berstling, vel Berschling Berschling, Rascianorum Wretensa (*Tab. XXIII. Fig. 1.*) figurâ corporis non multum Cyprino absimilis est, magnitudine quandoque, ad longitudinem unius, & mediæ spithamæ: ad latitudinem octo scilicet transversorum digitorum, pondus duarum librarum attingit. Squamæ duræ, asperæ, firmiter cuti infixæ, ex flavo fuscæ, aliqualiter etiam virenti colore reluentæ. Venter imus albet; totum corpus quatuor, quinque, vel sex areolis nigricantibus maculatur.

Caput parvum configuratum ferè, ut in Cyprino; Oculi magni protuberantes, iride aureâ circumdati. Os in latera oblongum, inæquali ordine insitis, acuminitis dentibus horridum; Operculum branchiarum versus ventrem in mucronem definit.

Dorsum magis ascendere, & alvus magis descendere videtur, quam in Cyprino. Linea, quæ à branchiis ad caudam protensa dorso vicinior est.

Cauda teres à principio suo crassiori versus pinnam suam gracilescit.

Pinnæ duæ ad branchias locantur, binæ ad principium ventris his ferè suppositæ; una ad meatum excretorium, & caudæ bifurcata; hucusque recensitæ rubent; duas obscurè diaphanas in dorso gerit, quarum anterior spinosis radiis aculeata, secundæ ad primum radium longum desinentiâ suâ exili est continua.

Degit plerumque in arundinetis. Martio etiam in fluentum ingreditur, & contrâ natitat.

Tom. IV.

K k

Pif-

* Lib. 5. de pis. cap. 33.

Pisces venatur, invida Lucio est, ab illo enim prædâ se depauperari credit, unde illum aculeis suis è loco, & pascuis depellere solet.

Caro alba, salubris, friabilis, grati saporis est; concoctu facilis existimatur, unde à multis Medicis patientibus conceditur.

Pinguedine nullâ in carne, paucâ in intestinis gaudet.

Ova alba, dura, ob duritiem difficillimæ concoctionis, nullius ferè saporis, quare à plerisque mensæ non apponuntur.

Parit Martio in Arundinetis.

P E R C A I I.

PErca fluviatilis minor Aldrov. * & apud eundem Cernua Bellonii, nostris Austriae Danubii accolis ridiculo nomine **Pfaffen Laus** Pfaffen Laus (id est Pediculus Clerici) dictus, (*Tab. XXIII. Fig. 2.*) tegitur squamulis pro corporis ratione majusculis, duris, crenatis, scabris. Color earum in dorso quodammodo obscurius ex flavo fuscus, ventrem versus magis, magisque clarescit. Denique fuscus viridis, flavus, & cæruleus color inter se collidunt, fuscus tamen super reliquos exaltatur: totum corpus aliquot nigricantibus maculis signatur.

Conformatio*n*e juveni, & parvæ Percæ antecedenti capite descriptæ est simillima. Dico *parvæ*, nam ultrà magnitudinem ab effigie exhibitam pertingere non solet, imò vix hanc attingere: unde consultius me facturum existimavi, si ea, quibus à tali juveni, & parvâ Percâ differt, in medium adduxero, quām novam descriptionem addidero.

Differt igitur primò à Percâ ordinariâ, & paris cum ipsa magnitudinis colore nuper declarato. Secundò capitulo majore, & crassiore. Tertiò ventre imo minùs dependente. Quartò pinnis dorsi, nam unam tantum habet oblongam, totam ferè dorsi aciem occupantem: differentem tamen partibus, nam anterior aculeis riget, posterior his caret; aut si duas statuere mavis. Anterioris ultimus radius aculeatus ita altus est, uti primus non aculeatus posterioris; utraque sibi continua. Quintò Pinnarum colore, qui in pinnâ dorsi, & caudæ nigricantibus maculis est variegatus; in Percis ordinariis verò pinnæ pronæ rubent, caudæ, & dorsi unum duntaxat colorem habent.

Quietiores, & palustres amat aquas. Plerūmque inter arundineta versatur.

Palcitur recens natis pisciculis.

Carne suaviori, & salubriori Percæ prævalet.

Pinguedo ad sensum nulla, forsitan ob pravitatem pisciculi.

Ova ex albo sublutea, & exilia sunt.


Parit inter arundineta Mense Martio.

* Lib. 4. cap. 34.

P E R C A III.

Qui Schraitsez corrupto nomine Willughbejo (Scrātzel fortassis scribere voluit, linguam Germanicam enim ignorat) nostratisbus **Schrātz** Schrātz, & in diminutivo **Schrātzel** Schrātzel vocatur (*Tab. XXIII. Fig. 3.*) Percæ species est, quæ differt à Percâ nostrâ secundâ primò, quòd hæc illâ longior sit, dorso latior, & lateribus protuberantior. Secundò colore albidiore. Tertiò lineis duabus nigris longitudinaliter per latera ductis; quartò capite, quod acuminatus habet in eo cranium pressius, & quasi angulatum, item rostra longiora. Reliqua omnia ei communia sunt cum Percâ secundâ, excepto quòd plus excrescat, ultra proportionem tamen effigiei adjectæ maxima non excedit.


Percæ I.
Berschling.
Serschling.
Wretensa.



Percæ II. *Saffensauß.*
Pfaffenlauß.



Percæ III. *Schräfz.*
Schraz.



C A P U T I I .
D E
L U C I O - P E R C A .

Lucioperca nostras, Schilus Germanorum, Aldrovandi * Lucioperca, Schonfeldii in Willughbejo † Germanorum **Schil** Schil, vel **Schilen** Schilen, Rascianorum Moyλu smul, Ungarorum **Syllo**, (*Tab. XXII. Fig. 2.*) corpore est longo non multum Percæ absimilis; squamæ densæ, duræ, scabræ, fulgentes, colore ex cæruleo-cinnereo, quædam atro-cæruleæ cutem magnis maculis, vel areolis insigniunt; in ventre albæ, & subtile sunt. Longitudinis quandoque est duorum cubitorum, & ponderis viginti librarum.

Caput ut in Percâ ferè formatum, eo tamen teretius, longius, & crassius. Rositra non multum Lucii rostris absimilia obtinet. Os ut in Lucio in latera oblongum; ambæ maxillæ dentibus acuminatis, & oblongis horrent. Mandibula, seu operculum branchiarum versus ventrem ensiformis. Oculi magni protuberantes supra oris angulos locati.

Dorsum nonnihil repandum, latiusculum, cui medio à capite usque ad primam pinnam fulcus quidam, seu cannaliculus imprimitur: Latera tectiformiter à dorso expanduntur. Venter imus laxus, amplius, infernè multum protuberans.

Cauda subteres configuratur, ut in Percâ.

Pinnas octo fortit, quaternas ad branchias, quarum binæ altiori loco, & binæ inferiori insitæ; unam ad meatum excretorium, caudæ bifurcatam; duas dorsi inter se continuas, quarum anterior spinis tredecim aculeata, ut etiam observat Willughbejus in ejus descriptione.

Incolit arundineta, & loca palustria.

Lucio rapacitate vix inferior, in reliquos pisces degrassatur.

Caro candida, friabilis, mollior, ac humidior, quam Lucii: proximè accedit aestimatione ad Lucium.

Pinguedo plurima intestina obvolvit.

Ova obscurè alba, magnitudine seminis millii.

Parturit inter arundines mense Junio.

A P P E N D I X .

Nostratisbus Lucioperca dicitur eò, quia voracitate, uti etiam corporis conformatione inter Lucium, & Percam mediat.

Tom. IV.

Mm

CA-

* Lib. 5. cap. 59.

† Lib. 4. cap. 15.

TRACTATUS V.

S A X A T I L E S

*Qui degunt inter petras, in scaturientibus aquis
Danubii, vel ei vicinis.*

S A X A T I L E S

Omnes intus sanguinei, & spinosi

Sed cute

lævi *squamosa.*

S E C T I O N I.

S A X A T I L E S

cute ləvi.

C A P U T L

D E

M U S T E L A.

Mustela fluviatilis Aldrov. * & vulgaris Rondeletii Willughbejo: + Germanicè
Rutten Rutten. Rascianicè *Koyniñtv* Kuzych, Ungaricè Menyhal di-
cta (*Tab. XXIV. Fig. 1.*). Piscis longus, lubricus est, & squamis caret, longitu-
Tom. IV. N n do

Nn

* Lib. 5. cap. 2.

† Lib. 4. cap. 3.

do ejus est quandoque unius ulnæ, aut longioris bracchii, circumferentia ventris unius, & mediæ spithamæ, pondus sex librarum. Cutis in quibusdam obscurè, in aliis clarè furvet, & maculis seu areolis reliquo suæ cutis colore albidioribus notatur, in alvo albet.

Caput breve, supernè, & infernè latum, versùs os gracilescit. Oculi parvi. Os anterius densè insitis, brevibus, acuminatis, & subtilibus denticulis asperum.

Venter brevis: Alitus, & Dorsum lata, latera prominentia, lineâ unâ à branchiis ad extremum caudæ exorrectâ insigniuntur; in medium dorsi quoque unâ lineâ secundum longitudinem insulcatur.

Cauda prolixa lateraliter pressa, sensim attenuatur, & angustatur ad extremum usque.

Pinnæ omnes fuscæ. Duæ ad branchias, duæ in imo ventre, situ tamen anteriore locatæ. Una mollis, flaccida circâ medium dorsi initium sumit, & protenditur usque ad extremum caudæ, circâ quod se reflectendo, iterum usque ad meatum excretorium regreditur; hæc sibi ubique continua est.

Fundum semper petit, amat scaturigines, latitat plerūmque in cavernis circâ lapides.

Pro cibo sibi pisces venatur, item vermes, & lumbricos. Clausa hepatibus bulbis minutim concisis sustentatur.

Carne commendatur inter delicatores, & salubriores, hepar pro illecebâ existimatur.

Pinguedo nonnisi in hepate exterius conspicua.

Ova alba, exilia, mollia, obiter perquimenti lactes videntur.

Parit Mense Januario coarctans se in angustis cavernis, ut ova exprimat.

Mystela.
Küffen. Ruttens.



Koouy n̄hb Kuzich. Menyhal.

Cottus.
Koppens. Koppen.



2.

C A P U T I I .
D E
G O B I O N E
Fluviatili Capitato.

ARISTOTELIS ^{BART.}, Gobio fluviatilis capitatus Gesn. Cottus Rondeletii, Aldrovando * Germanorum Koppen. Koppen, parvus est, ultrà figuræ adjectæ proportionem non excrescit (*Tab. XXIV. Fig. 2.*). Corporis figura, si invertum spectes versus pinnam caudæ conicus est, & ventre lateraliter protuberante. Cutis glabra, & in aliquibus fusca; in aliis terræ exsiccatae colore similis; in omnibus nigricantibus maculis, seu areolis variegata. Lineam quoque secundūm totam sui longitudinem à branchiis ad caudam ductam recipit.

Caput magnum, depresso, latius reliquo corpore, mandibulæ cum gutture, ac si inflatæ essent, protuberant, Oculi parvi, altius in medio capitinis locati. Os majuscum dentibus subtilissimis asperum.

Dorsum, & venter ferè ovali figurâ rotunda, & brevia.

Cauda prolixior figurâ conicâ ad pinnam suam gracilescit.

Pinnæ eundem colorem cum cute servant. Duæ sunt ad Branchias, quæ extensæ in peripheriâ suâ crenatæ, & imperfectè semicirculares sunt; aliae geminæ imo ventri sub prioribus inferuntur, duæ exiles ad meatum excretorium, binæ in dorso, quarum prima brevis propè caput; secunda longius protracta non procul à caudâ desinit. Caudæ lata, & extremâ peripheriâ semicirculariter desinit.

Limpidas aquas incolit, in fundo semper immobilis delitescere solet.

Pisciculis neonatis veſcitur.

Caro recens, friabilis est, in falubriorum numero reponitur.

Fæmina mirum in modum ovis turget: ova sunt exilia, vitellini coloris, nigrâ membranâ subtili obducta.

Parturit Mense Martio, quo tempore caudâ removendo lapides cavernulas quærit; in illis ova sua. Lapidibus, aut lignis in fundum infixis agglutinat, à quibus jam agglutinatis fæmella secedit, masculus verò triginta circiter dierum spatio ad ea se acclinando, & fortè suo lacte fœcundando custodiam gerit, donec vivere incipient.

Tom. IV.

Oo

CA-

C A P U T I I I .
D E
F U N D U L O.

FUNDULUM RECENTIORUM, & nostratem Rondeletius ab Aldrovando * allegatus à cirris barbæ modò è rostris dependentibus Cobitidem fluviatilem barbatulam appellavit; à nostris Germanis **Grundel** Grundel nomen obtinet (*Tab. XXV. Fig. 1.*)

Est autem Fundulus corpore longiusculus, crassiusculus, & subteres, in tergo vix prominens; cute laevi, lubricâ, obscurè flavente, & atrè fuscis areolis variegatâ tectus; mole suâ unius digiti longitudinem, & crassitatem auricularis vix excedit.

Caput mediocriter longum, crassiusculum, carnosum, circâ cervicem, & gulari crassius, in acutum ad labella desinens; Rostrum superius inferiore prominenter. Osculum dentibus expers, sex capillaribus carunculis, aut cirris barbatum; horum duo anterius ex superiori labello, totidem lateraliter ex inferiore, duo propè oris angulos enascuntur.

Circâ ventrem teres est, per quem à branchiis ad pinnam caudæ linea ducta superiorum partem ab inferiore distinguit.

Cauda lateraliter pressa.

Pinnæ numero septem, quæ extensæ pellucidæ sunt, concidentes obscurè furvent. Dorsi parva, & caudæ latiuscula, ac plana nigricantibus maculis insperguntur: duæ sunt ad branchias, totidem ad medium imi ventris, una post meatum excretorium.

Versatur in cœno, & etiam inter lapides in scaturiginibus.

Vescitur cœno, & herbis.

Caro recens, duriuscula, grati saporis, & salubris; salubrior tamen eorum, qui inter lapides ad scaturigines vivunt.

Pinguescere non observatur.

Ovis exilibus, & flavis adeò antè partum abundat, ut ferè semper ventre inter coquendum disrupto extrà promineant.

Parit Mensis Mayo.

S E C T I O I I .

SAXATILES CUTE SQUAMOSA.

C A P U T I.

D E

T H Y M A L L O.

THymallus Rondeletii , Gesneri apud Aldrovandum * Willughbejus + apud nostrates pescatores , qui eum Viennam advehunt pro diversâ ætatis ratione diversa fortitur nomina , namque à primordio suo , quod sumit mense Junio usque ad Majum anni sequentis *Sprensling* Sprensling à Majo , usque ad festum S. Joannis Baptistæ *Mayling* Mayling dein usque ad secundum ætatis annum *Viertigerfisch* Viertigerfisch. Demum *Aßsch* Aßch , vel *Aßch* Alch. *Aesch* , vel *Aeschling* , Aesch , vel Aeschling à cinnericio colore nuncupatur (*Tab. XXV. Fig. 2.*).

Corpo est oblongo , nonnihil compresso , repando , & in acumen contracto , alvo latâ , & inæquali affirmant pescatores eum tertio ætatis anno longitudine cubitalem , & latitudine octo digitorum fieri , nec amplius ultrâ crescere , quamvis multo tempore supervivat.

Squamæ mediocres : harum color circâ dorsum cinnericius , ipse verò pescis ad ventrem magis albicat : totum corpus aliquot ex fusco lutescentibus maculis , in aliis nigris inordinatim dispersis pingitur. Albus in senioribus flavet , & dorsum magis nigricat. Commissuræ squamarum per universam longitudinem aliquot lineas parallelas constituunt. Aldrov. & Willughb. locis citatis squamas hujus pescis ^{φοιβοειδεις} observant. Lineæ laterales eum dividentes dorso propinquiores sunt , quam infimo ventri.

Caput ut in Cyprino ferè configuratum pro corporis ratione parvum , in acutum tendit. Orbita oculorum anteriore parte angulata , ad quam circulus ruffo-argenteus pupillam cingens se accommodat. Os in palato denticulis exilibus instruc-

Tom. IV.

Pp

tum

* Lib. 5. cap. 14.

+ Lib. 4. cap. 4. §. 8.

tum, non longo, sed quadrato ferè hiatu illud aperiri observat Aldrovandus. Maxilla superior ultrà inferiorem procurrit.

Cauda ut in Lucio configuratur.

Pinnas duas ad branchias humili situ obtinet, totidem ad medium ventris, unam ad meatum excretorium; caudæ bifurcatam; geminas dorsi; anterior ampla, alta, paulùm ante medium dorsi inchoat: priores radii singuli, singulis suis posterioribus breviores; extensa nunquam plana est, sed vel in dextram, vel sinistram concavè vergit; posterior crassa, parva, ferè ex adverso illi, quæ ad meatum excretorium, superlocatur. Omnes furvent, & ex cœruleo purpurascunt, clariùs, quæ sunt in pronâ parte; obscurius quæ dorsi, & caudæ. Dorsi anterior nigris maculis decorè pingitur.

In Danubium ex Fluvio Traun transportatur, ibique claustris piscariis inclusus jecinoribus bubulis minutim concisis pascitur: in natali loco bruchulis, pisciculis, & lumbricis vescitur.

Caro alba, tenera, levior, & salubrior, quam Truttae habetur, quamvis hæc quò ad gustum Thymallo præferatur.

Pinguine copiosa pollet, eaque omnis intestinis adhæret.


Ova magna, magnitudinis ferè parvi pisii, coloris vitellini: illis multùm venter antè partum turget.

Dum pariunt, nempè Mense Martio, turmatim contrà fluentum natitant, par, & par; masculus scilicet cum fæmellâ se confocant; pinnâ caudæ lapillos amovent, scrobiculos excutiunt, in quibus fæmina ova deponit, mas deposita lacte fœcundat; fœturæ lapillos supervolvunt, ex quâ dein in Junio pisciculi proveniunt.

Teundulus.
S. ründ. Grunell.



Thymallus.



Aßsch
Fisch.

C A P U T I I.

D E

T R U T T A

Fluviatili.

TRUTTA FLUVIATILIS Gesneri in Aldrovando * Germanicè *Foren* Foren *Forellen* Forellen, vel *Ferhen* Ferhen generali nomine intitulatur: à colore autem carnis rubente una *Goldforellen* Goldforellen, Trutta aurata; alia ab externo colore nigriore *Schwarz-Forellen* Schwartz-forellen Trutta nigra, specifica nomina fortitur. Rascianis generaliter παταρβα Pastrarva dicitur (*Tab. XXVI. Fig. 1.*). Corpore est oblongo, magnitudine sèpè cubitali, pondere quinque librarum. Squamis tegitur parvis, lubricis, quæ in aliquibus ex fusco jam pallidiùs, & albidiùs, jam vivaciùs in flavum vergunt; in aliis obscurè furvent, vel ex cœruleo nigricant, in omnibus totum corpus hinc indè nigris, & sanguineis, figurâ rotundis maculis guttulatim inspergitur: totus denique piscis circa dorsum nigricantior, circa alvum aut ventrem imum albidior. Venter imus maculis caret.

Caput breve est, subrotundum, supernè fornicatum, lateraliter aliquomodò pressum, infernè planum in obtusius acuta rostra desinit. Oculi mediocres, Pupilla circello argenteo circumdatur. Nares duæ sunt. Os dum clauditur in latera oblongum, rictus ejus amplius. Dentes in maxillas ferratim infixi. Operculi branchiarum pars infima est flaccida, & constructa, ut in Lucio.

Dorsum nonnihil repandum latiusculum, subteres, attamen aliquomodò obtusè in acutum contractum. Latera paululùm pressa, lineâ à branchiis ad caudam procedente per medium divisa. Venter imus nonnihil prominens.

Cauda subteres in pinnam latam, & planam desinit.

Pinnæ colorem cutis servant, numero octo; duæ ad branchias, geminæ in medio ventris, una ad ductum excretorium: binæ in dorso, una harum ex medio ejusdem alta sanguineis, & nigris maculis picta provenit; altera parva carnosa ferè situ opposito illi ad anum; octava caudæ lata, & plana.

Tom. IV.

Qq

Trut-

Trutta nigra non in omnibus Danubii locis , sed dumtaxat suæ origini vicinis reperitur: (*Tab. XXVI. Fig. 2.*). Trutta aurata ex aliis fluminibus superioris Austriae à Mercatoribus piscium illuc infertur, sicuti & Trutta nigra in Austriam nostram inferiorem: attamen, dum incautè eam pertrectantibus quandoque evadit , & in liberam aquam insilit, crescit, & augetur.

Vescitur muscis, vermiculis, pisciculis, cæterisque infectis fluviatilibus: ipsi in claustris piscinariis affervatæ jecinora animalium pro cibis exhibentur.

Caro saporis suavitate reliquis aliorum piscium, si non præcellit, certè coæqualis. Tenera, recens, grātē duriſcula, albida: in aliquibus, quæ colore cutis ex fusco in aureum vergunt coloris roſei, hæcque præponitur. Id autem intelligendum de recenter violentâ morte interemptis; si enim mortuæ aliquot horis serventur, summa illa saporis gratia deperditur.

Pinguēdinem in Truttis observare mihi non contigit.

Ova magna sunt, & coloris vitellini, venter circà partum illis multùm turget.

Circà festa Natalitia turmatim congregantur ; scrobes caudis excavant , seque octodecim circiter in unum collocantes , inibi foetificant , supra foeturam lapides advolvunt.

Trutta.

Forellen. Forellen. Hac'maq'oka. Paftarva.

Trutta nigra.

Forellen
Speis-Forellen

Specs. Forellen.

C A P U T I I I.

D E

S A L M O N E.

SAlmo noster Germanicè *Lax* (*Tab. XXVII.*) ex lacubus superioribus Austriæ in Danubium à mercatoribus piscariis infertur, verùm Danubiales aquas ultrà medium annum vix, atque ne vix quidem tolerat. Configuratur uti Trutta nigra, & cum ea ferè omnia tum interna, tum externa communia participat, exceptis subsequentibus. Differt enim ab illâ primò colore, qui in dorso furvus, ad latera cinnericius, & argenteè interludens. Secundò maculis, quæ solummodò nigræ sunt, & non servantes certam figuram. Tertiò carne, quæ etiam non salita, & incocta rubet, & cocta delicatior est ad gustum quàm Truttæ. Quartò, crescenti modo, siquidem viginti libras quandoque attingit, si nempè in vivariis cibetur Phoxinis, Cobitidibus, atque visceribus animalium minutim concisis.

Parit circà Festa Natalis Domini.



Salmo.
Sar. Lax.

C A P U T I V.

D E

T R U T T A

Fluviatili altera.

TRUTTA Fluviatilis altera Aldrov. * Germanis *Huech* Huech, & plerumque *Huechel* Huechel, in diminutivo dicitur. *Tab. XXVIII. fig. 1.* Aldrovanus loco citato eam Augustæ ein Rott, vel Rottle à colore rubicundo denominari afferit; quod nostris non convenit: siquidem nihil rubicundi (si in junioribus pinnas exceperis) participant. Exteriori formâ à Truttis antè descriptis differt, quòd maculis nigris, rotundis duntaxat depingatur, & punctis rubris careat, à Salmone, quòd eo sit teretior, totoque corpore longior, atque gracilior. Inter omnes Truttaceas species maximè excrescit; scilicet ad pondus triginta librarum.

Pinnæ in pronâ parte, & caudæ nonnisi in valdè juvenibus e. g. in illis, qui sunt duarum librarum pallidè rubent, in magnis colorem squamarum lateralium (qui cinnericius est) retinent.

Caro alba est minus grata, & multò mollior, quàm in ante descriptis Truttaceis Piscibus.

Circa Junium, dum coeunt, mas, & fæmina consociati, in fundo lapidoſo, & satis duro magnâ violentiâ corpore quaffando fossas excavant, in eas se recipiunt, & foetificant; ità in fossis delitescentes retibus pectorum egregiè illudunt, cum ità se in illas accommodent, ut per dorsum earumdem necessariò degliscere debeant.

* Lib. 13.

C I A P U T T A V.

D E

U M B L I S.

UMbla minor Gesneri, prout in Willughbejo * descripta, in omnibus convenit cum eâ, quæ nostratis nomine Sâlbling Salbling venit. Verum ipse Author Salveling (nomen corruptit, utpote ignarus Germincæ linguæ) Umblam alteram Rondeletii Gesneri non rectè suspicatur, hæc etenim multùm à nostrate Salbling differt, ut ex ejusdem historiâ est colligere. A diversis lacibus superioris Austriae, ex quibus in Danubium infertur diversa specifica nomina sortitur, una enim à lacu Ausz See Aufs See Ausz-Seer Sâlbling Aufs-Seer Salbling. Secunda à lacu Hânn See/ Mann See Hânn-Seer Sâlbling, Mann-Seer Salbling. Tertia à lacu Lambacher See/ Lambacher See Lambacher Sâlbling Lambacher Salbling denominatur. Corpore sunt, quam Trutta longiore, & graciliore: omnes tres species uniformiter configurantur; attamen diversimodè colorantur.

* Lib. 4. cap. 4. §. 16

U M B L A I.


DOrsum in primâ specie ex fusco virescens; (*Tab. XXVIII. Fig. 2.*) Latera circa medium alblicant; Venter ex aureo rutilat, maculæ pallidè aureæ sine ordine hinc indè per latera disperguntur. Ultra pondus duarum librarum nunquam pertingit.

Pinnæ tot numerantur, & eodem modo figurantur, ac in Truttis; pronâ parte colorem ventris, supina dorsi servant. Omnium (exceptâ illâ caudæ) primum ossiculum albet: & hanc eandem esse arbitror cum Charrâ rubrâ, quam Willughbejus * in lacu Wenandermere Westmorlandiae capi affirmat.


Caro alba, tenerior, ac delicatior quam in Truttâ, undè illi præponitur.

* Lib. cap. cit.

Trutta Fluvialis altera.
Huech.
Süech.



Umbra. I.
Rüßseer Säffling.
Salbling.
Aufseer



U M B L A I I .

UMbla *Hann-Seer Salbling* Mann-Seer Salbling dicta (*Tab. XXIX. fig. 1.*) ante descriptâ in omnibus pallidior est, & maculis pallidè aureis caret. Maximè ex omnibus scilicet ad pondus sex librarum excrescit.

U M B L A I I I .

UMbla *Lambacher Salbling* Lambacher Salbling (*Tab. XXIX. fig. 2.*) omnium pallidissima est, Dorsum albide furvet; latera colore sunt politi ferri; venter parum quid rubri participat; in multis totaliter albet. Maculae albæ hinc indè per latera sparguntur, minimè omnium scilicet ad pondus duarum unciarum tantùm excrescit.

Umblae omnes fundum semper petunt; amant limpidas, puras, scaturientes, & quietas aquas.


Vescuntur pisculis: in Danubio claustris piscariis servatae jecinoribus bubulis minutim concisis sustentantur.

Caro ultimæ cocta rubet, & plurimi præ reliquis æstimatur.

Ova ut in Truttâ conformantur.


Pariunt Mense Decembri.

Wombla II.
Sällbling. Sallbling.



Wombla. III.

Samhabcher Sällbling.
Lambacher Sallbling.



TRACTATUS VI.

CRUSTACEA ET TESTACEA.

Benevolo Lectori monitum

De Crustaceis, ac Testaceis, ut generalis divisionis nostræ methodum servaremus, opus fuisset alibi agere; videlicet de Crustaceis inter Fluviatiles, de Testaceis inter Palustres, verum quia recensita haud propriè pisces videntur, neque eorundem more vivunt, idcirco piscium propriè talium ordinem turbare nolentes, ea unico tractatu comprehendentes hoc transferre consultiūs judicavimus.

CRUSTACEA | TESTACEA

funt omnia exanguia.

*funt
exanguia sanguinea.*

SECTIO I. CRUSTACEA.

CAPUT UNICUM

DE

ASTACIS.

AStacus Rondeletii apud Aldrov. passim apud Medicos Latinè Cancer apud Germanos generali nomine Krepſen Krepſen Rascianos ȝaȝilii ȝakb Zarni Rak dicitur. Duæ tamen eorum apud nos inveniuntur species, quarum una

una Schwartz-Kreps; Schwartz-Kreps à cute nigriore, & altera Schwab-Kreps; Schwab Kreps (nescio undè) denominationem fortiuntur. Magnitudinem à figuris demonstratam parùm excedere solent.

A S T A C U S I.

Aldrovandus ex Rondeletio Astacum sic describit. Astacus est corpore rotundo terete (*crustâ obscurè furvâ ad caput habente commissuram retrorsum sinuatam & hic Schwartz Kreps Schwartz Kreps, seu cancer niger est* (Tab. XXX. Fig. 1.). Capite in cornu latiusculum, breve, & in acutum deficiente, sub quo latent oculi. Capiti præposita sunt cornua quatuor, duo breviora, alia longiora, articulata, & flexibilia, in tenuitatem pili desinentia. Utrinque chela unica est aspera, denticulata, articulis quaternis connexa. Pedes utrinque quaterni, bini chelis propiores bifidi sunt, & hirsuti, bini posteriores in calcar desinunt. Posterior corporis pars, quæ collum appellatur, sex tabellis constat; Cauda pinnulis quinque, media scuti formam refert, & articulata est; utrinque duæ communi articulo, postremæ proprio colligantur. Os dentibus munitum, ut in Locusta. Carnis aliquid in ore, & in linguâ. Sub cauda appendices sunt, in quibus ova reponuntur. Bini lapilli albicantes, globi dimidiati figuram referentes in nonnullorum Astacorum capitibus, præsertim fæminis reperiuntur; hos Medici vocant oculos Cancrorum Germani *Kreps augen* quasi formam oculi habeant.

In fluentis quietioribus, & recentioribus, magisque puris aquis, in cavernis, inter arborum radices, & sub lapidibus delitescere solent.

Carnes sectantur, nam ad injecta cadavera abundè confluunt, & non secedunt, nisi quidquid carnis sit arroserint; ad ranas excoriatas (quæ pro eis capiendis in aquas imponuntur) se appendere solent.

Verno tempore prodeentes communiter crustam exuunt. Etsi Aldrov. supra citatus Astacos omni mense se exuere tradat.

Præter chelas, & caudam, nihil est quod commedatur.

Caro suavis, & salubris est, mollior, quæ in chelis, durior quæ in collis, seu caudis.

A S T A C U S I I.

A Stacus Germanis **Schwab Kreps** Schwab Kreps dictus (*Tab. XXX. Fig. 2.*) ab altero differt crustâ multò molliori, & pallidiori, quæ plures commissuras recipit; duæ enim circa caput sunt, & inter se dissidentes, hæ semicirculariter retroflectuntur: duæ utrinque secundùm longum, quæ eodem modo sursum ad dorsum curvantur.

Is circà ripas limosas in aquis segnioribus, magisque impuris degere solet. Unde priore est ingratiior, & insalubrior.

Astacus I.

Schwarzen Kreppen.
Zaříň řaků. Zarny Rak

*Astacus II.*

Schwarz Kreppen.
Kreß.

S E C T I O II.

TESTACEA EXANGUIA.

C A P U T I.

D E

C O C H L E I S
F L U V I A T I L I B U S.

COCHLEÆ nostræ Danubiales Germanicè **Wasser-Snecken** Waffer-Sneckhen dictæ, ut ex figuris adjectis (*Tab. XXXI. Fig. 1. 2. 3. 4. 6.*) videre est, omnes sunt testâ lœvi, subtili, tenui, & albicante, quæ in aliquibus pressa, in aliis oblonga, & hæc qua turbinata, vel recta, vel curvata est.

Omnes inedules sunt, ob id nulla earum cura habetur; undè, & circa ipsas nihil acutius indagabile se obtulit, & ad earum agnitionem non nisi effigies testarum adjicere licuit.

C A P U T I I.

D E

C O N C H I S.

CONCHÆ germanicè **Müscherle** Muscherle, quæ in Danubio, omnes longæ sunt, & binis simillimis testis per gynglimum articulatis compositæ, harum externa superficies scabra, albo, fuscoque colore varia est; interior lœvis candidat, & splendet. Animante suo prægnans: Inedulis est, & ad nihil adhibetur, nisi quandoque à pictoribus ad continendum colores.

Tom. IV.

Yy


SEC-

Cochlea turbine recto.

1.

*Cochlea turbinata recta.*

2.

*Cochlea preffa major.*

3.

*Cochlea alia turbine curvato.*

4.

*Concha.*

5.

*Cochlea preffa parva.*

6.



S E C T I O III.

TESTACEA SANGUINEA.

C A P U T I.

D E

T E S T U D I N E.

Testudo à tegmine testaceo Latinis, Græcis ^{χελις}, Germanis **Schildt-Krott.** Schildt-Krott, à tegmine Scutiformi, Rascianis **ЖЕЛКА**. Schelka generali nomine nuncupatur (*Tab. XXXII. fig. 1.*); à diversitate autem locorum natallium, in quibus diversæ ejusdem species degunt, diversa nomina obtinet: quæ enim per terram circumvagatur terrestris; quæ in paludibus, cœno, & luto, lutaria; demum quæ in mari, marina dicitur. De quâ autem nunc nobis sermo, lutaria est Aldrov. *.

Est autem Testudo lutaria animal aspectu terrificum, sonum acutum instar serpentis edens, tegmine testaceo præditum: hujus verò tegminis duæ sunt testæ, sub quibus caput, pedes, caudam pro lubitu recondit, & exerit: harum superior colore furva est, figuræ ovalis, & concavæ instar scuti; in fæmellis lævior, in masculis plurimis fulcis scabrior: inferior in fæmellis flavescit, lævior, & plana est; in masculis furvet, modicè sinuata, & scabrior existit; utraque pluribus tabulis per symphism commissis componitur. Testudo maxima testam superiorem sortitur longam ad unam circiter spithamam: hæc adeò dura, ut à rotis plaustris (si non extra modum sit onustum) nequaquam conteratur. Cutis (qua caput, pedes, & cauda tegitur) rugosa, furva, & maculis flavis, pluribus in fæmellâ, paucioribus in masculis variegata est.

Caput, & collum ferè ut in anguibus conformatur. Caput intra cervicis cunctem laxam, tanquam intra capucium retrahit, & exerit. In ore dentium loco unicum os continuum habetur; proterea Testudo (ait Aldrov. †) vocari posset ^{μυροδύς}, nempe unicum dentem habens.

Tom. IV.

Z z

Pe-

* De quadrap. digit. oviparis lib. 2. cap. 3.

† De quadrap. digit. ovip. lib. 2. cap. 1.

Pedes quatuor lati, ex quorum singulo quinque unguis acuminatis, & aduncis prominent.

Cauda rotunda, ut in mure conformata à basi crassiori sensim versus extremum gracilescit.

Gaudet potissimum palustribus, & cœnosis locis.

Alitur cæno, & herbis, in cellis subterraneis (in quibus ad vendendum afferuntur) à quibusdam avena seminatur, quâ primitus erumpente, & adhuc tenerâ vescuntur.

Carnes earum commendantur in epulorum lautitiis, & quia sanguineo-frigidæ sunt etiam diebus jejunii conceduntur.

Testudines ova pariunt gallinarum ovis similia, sed longè minora, & oblongiora, albo putamine, albumine, & vitello prædita, formâ & magnitudine, sicuti (*Tab. XXXIII.*) est litera A. Solent autem vere novo sibi fossulas excavare, sicuti B. & in ipsis collocare ova, sicuti est, C. C. hâc tamen cum observatione, ut solem semper sibi propitium ac desuper radiantem habeant. Exin magnâ hilaritate, Testudo partum circuire solet, ac postmodum terrâ tegere, ut D. & usque in proximum futurum ver, videlicet, circa finem Martii, vel initium Aprilis, ova ibidem delitescant, nisi quidem Vulpibus in prædam cedant. Fœtus, qui ibi posteâ è corticè erumpit, sicuti E. solet illâ esse magnitudine, uti apparet literâ F.


F I N I S T O M I I V.



Testudo lutaria.
Schild-Krott.



* ēλ'κà Schelcka.



INDEX

TOMI IV.

DE

PISCIBUS.

| A. | Pag. | Tab. | Fig. | G. | Pag. | Tab. | Fig. |
|--------------------------------------|------|------|------|--|------|------|------|
| A lburnus Ausonii - - - | 42. | 13. | 3. | G obio fluviatilis capitatus -- | 73. | 24. | 2. |
| Anguilla - - - - | 4. | 1. | 3. | Gobius. - - - - | 23. | 9. | 2. |
| Asper Pisciculus I. - - - - | 27. | 9. | 3. | Gobius caninus. - - - | 43. | 13. | 2. |
| Asper Pisciculus II. - - - - | 28. | 9. | 4. | | | | |
| Astacus I. - - - - | 86. | 30. | 1. | | | | |
| Astacus II. - - - - | 87. | 30. | 2. | | | | |
| B. | | | | | | | |
| B arbus. - - - - | 18. | 7. | x. | H uso I. - - - - | 31. | 10. | 1. |
| Brama I. Mas. - - - - | 49. | 16. | | Huso II. seu Antaceus glaber. -- | 34. | 10. | 2. |
| Brama II. Femina. - - - - | 51. | 17. | | Huso III. Sturio I. - - - | 35. | 11. | 1. |
| C. | | | | Huso IV. Sturio II. - - - | 35. | 11. | 2. |
| C apito. - - - - | 15. | 6. | | Huso V., Antaceus stellatus. - | 37. | 12. | 1. |
| Capito Anadromus. - - - - | 17. | 6. | | Huso VI., Antaceus rostratus. - | 37. | 12. | 2. |
| Capito fluviatilis. - - - - | 15. | 4. | 2. | | | | |
| Capito fluviatilis cæruleus. - - - - | 53. | 18. | 1. | L. | | | |
| Capito fluviatilis rapax. - - - - | 20. | 7. | 2. | L ampetra fluviatilis. - - - | 2. | 1. | 1. |
| Carassius. - - - - | 45. | 14. | | Lucius perca. - - - - | 69. | 22. | 2. |
| Cobitis. - - - - | 24. | 9. | 1. | Lucius. - - - - | 63. | 22. | 1. |
| Cobitis aculeata. - - - - | 3. | 1. | 2. | | | | |
| Cochlea preffa major. - - - - | 89. | 31. | 3. | M. | | | |
| Cochlea preffa parva. - - - - | 89. | 31. | 6. | M ustela. - - - - | 71. | 24. | 1. |
| Cochlea turbinata recta. - - - - | 89. | 31. | 2. | Mustela fossilis. - - - - | 39. | 13. | 1. |
| Cochlea turbine curvato. - - - - | 89. | 31. | 4. | | | | |
| Cochlea turbine recto. - - - - | 89. | 31. | 1. | N. | | | |
| Concha. - - - - | 89. | 31. | 5. | N asus mas. - - - - | 9. | 3. | 1. |
| Cyprinus I. - - - - | 57. | 19. | | Nasus femina. - - - - | 10. | 3. | 2. |
| Cyprinus II. - - - - | 59. | 20. | | | | | |
| Cyprinus III. - - - - | 61. | 21. | | O. | | | |
| F. | | | | O rphus Germanorum. - - - | 13. | 5. | |
| F undulus. - - - - | 74. | 25. | i. | | | | |
| Tom. IV. | | | | P. | | | |
| | | | | P erca I. - - - - | 65. | 23. | 1. |
| | | | | Aaa | | | Per- |

| | I | N | D | E | X. | | Pag. | Tab. | Fig. | | Pag. | Tab. | Fig. |
|-------------------|---|---|---|-----|-----|----|------|------|------|----------------------------|------------------|------|------|
| Perca II. | - | - | - | 67. | 23. | 2. | | | | T. | | | |
| Perca III. | - | - | - | 68. | 23. | 3. | | | | T | Estdudo Lutaria. | - | - |
| Phoxynus I. | - | - | - | 54. | 18. | 2. | | | | Testudo Lutaria cum ovis. | - | - | |
| Phoxynus II. | - | - | - | 55. | 18. | 3. | | | | Thymallus. | - | - | |
| R. | | | | | | | | | | Tinca. | - | - | |
| Rubellus. | - | - | - | 41. | 13. | 4. | | | | Trutta. | - | - | |
| S. | | | | | | | | | | Trutta fluviatilis altera. | - | - | |
| Salmo. | - | - | - | 79. | 27. | | | | | Trutta nigra. | - | - | |
| Sarachi congener. | - | - | - | 21. | 8. | | | | | | | | |
| Silurus. | - | - | - | 7. | 2. | | | | | | | | |
| | | | | | | | | | | U. | | | |
| | | | | | | | | | | U | Mbla I. | - | - |
| | | | | | | | | | | Umbla II. | - | - | |
| | | | | | | | | | | Umbla III. | - | - | |
| | | | | | | | | | | | | | |

I N D E X

T A B U L A R U M

A D U S U M B I B L I O P E G O R U M.

Post folium C ponatur Tabula

| | | | |
|---|---|---|----|
| - | - | - | D |
| - | - | - | E |
| - | - | - | F |
| - | - | - | G |
| - | - | - | H |
| - | - | - | K |
| - | - | - | L |
| - | - | - | P |
| - | - | - | R |
| - | - | - | S |
| - | - | - | T |
| - | - | - | Y |
| - | - | - | Z |
| - | - | - | Aa |
| - | - | - | Bb |

Post folium C c ponatur Tabula

| | | | |
|----|---|---|----|
| 1 | | | |
| 2 | - | - | Ee |
| 3 | - | - | Ff |
| 4 | - | - | Gg |
| 5 | - | - | Hh |
| 6 | - | - | Ii |
| 7 | - | - | Ll |
| 8 | - | - | Nn |
| 9 | - | - | Pp |
| 10 | - | - | Qq |
| 11 | - | - | Rr |
| 12 | - | - | Ss |
| 13 | - | - | Tt |
| 14 | - | - | Xx |
| 15 | - | - | Yy |
| 16 | - | - | Zz |

17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33.

F I N I S.